

[illegible] hora in [illegible]

De hysteria [illegible]

[illegible] nomen [illegible] 17.

[illegible] 17. 220.

[illegible] 18

[illegible] 23. [illegible] 70

[illegible] 20.

[illegible]

[illegible] 55 [illegible] 59 [illegible]

[illegible] efficacia [illegible]

[illegible] 62. 63

[illegible]

[illegible]

[illegible] 9. 9.

[illegible] 84. 85

[illegible] insigne [illegible]

[illegible] non est [illegible] 5 [illegible] 58.

[illegible]

[illegible] 13 37 153 [illegible]

[illegible] 18

[illegible]

[illegible] 10

De [illegible]

[illegible] 20 [illegible] 43

[illegible]

[illegible]

[illegible] 58

[illegible]

[illegible] 35

[illegible] 150

[illegible]

[illegible] 147

[illegible] 145

[illegible]

[illegible] 176

[illegible] 149

De [illegible] in generis

[illegible]

[illegible] 157 158

De [illegible] quare [illegible]

De [illegible] injuria [illegible]

[illegible]

CONFESSIONIS

Siue doctrinæ, quæ nuper edita est à Ministris, qui in Ecclesiam Antwerpiensem irrepserunt, & Augustanæ Confessioni se assentiri profitentur, succincta Confutatio.

Authore Iudoco Rauesteyn Tiletano, Sacræ Theologiæ Professore in Academia Louaniensi.


Editio secunda, auctior & castigatior.


Accesserunt duæ Orationes in Scholis Theologicis ab eodem authore habitæ, in quarum altera cōfutat inanes cauillationes quorundā, & nominatim Caroli Molinæi, aduersus authoritatem sacrosancti Concilij Trid. In altera verò demonstrat portum fidum & tutū, in quo acquiescere possint pij homines, & de sua salute æterna soliciti, in miserabili præsentis Ecclesiæ dissidio.

Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. 1. Ioan. 4.



LOVANII,
Apud Petrum Zangrium, Sub Fonte.
1567.





PRIVILEGIVM.

CAVTVM est Regiæ Maiest. Priuilegio, ne quis intra sex proximos annos, præter Petrum Zangrium imprimat, aut alibi impressum vendat librum: cui titulus est: Confessionis & doctrinæ, quæ nuper edita est à ministris in ecclesia Antvverpiensi, &c. succincta Confutatio: Authore Domino Iudoco Rauesteyn à Tileto, in Academia Louaniensi, publico sacræ Theologiæ professore. Sub pœna in Priuilegio contenta.

Datum Bruxel. 18. Februarij 1566.

Subsig.

Mesdach.

AMPLISS. SENATVI celeberrimi & nobilißimi Belgarum Emporij Antwerpiensis, pacem & salutem æternam precatur

Iudocus Raueſteyn Tiletanus.

De Magiſtratus officio in ijs quæ ad diuinam religionem pertinent, non hac tantùm tempeſtate, ſed & olim in Eccleſia Chriſti agitata eſt ab hæreticis quæſtio. Cùm enim olim aduerſus inſolentiſsimorum Donatiſtarum inquietudinem tumultus & furores Eccleſiam Chriſti grauiſsimè perturbãtium, catholici Epiſcopi à religioſis Principibus auxilium implorarent, id non rectè, neque ſecundùm Apoſtolorum exemplum fieri, neque Regibus atque Principibus poteſtatem aliquam à Deo datã eſſe, in religionis cauſa leges aliquas ſtatuendi, cauſati ſunt Donatiſtæ. Quos eruditus Doctor Eccleſiæ Auguſtinus in ſuis aduerſus eos ſcriptus validiſsimè confutat. Quod dicunt, inquit, qui contra ſuas impietates leges iuſtas conſtitui nolunt, non petijſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud fuiſſe tunc Auguſt. epiſt. 50.

tempus, & omnia suis tēporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferēdo seruiret, quando adhuc illud Propheticū implebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius? Nondum enim agebatur, quod paulò post in eodē Psalmo dicitur. Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodò ergo domino Reges seruiunt in timore, nisi ea quæ contra Domini iussa fiunt, religiosa seueritate prohibendo & plectendò? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est, seruit ei, viuendo fideliter. Quia verò etiā rex est, seruit, leges iusta præcipientes, & cōtraria prohibentes conuenienti vigore sancien do. Sicut seruiuit Ezechias, Lucos & templa idolorum, & illa excelsa quæ contra præcepta Dei extructa erant, destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Nininitarum, rex Darius, & rex Nabuchodonosor.

Psalm.2. — Psalm.2. — 4.Reg.18 — 4.Reg.23 — Ionæ.3. — Daniel.3. & 6.

Eadem epistola. *Et rursus: Posteaquam cœpit impleri quod scriptum est: Et adorent eum omnes Reges ter-*

terræ: Quis mente sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno vestro à quo tueatur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri: non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit esse siue religiosus, siue sacrilegus? à quibus dici non potest: Non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit pudicus esse, quis impudicus? Et libro secundo contra Gaudentij epistolam palam Cap. 26. *dicit: Reges rectissimè iudicare ad suam curam pertinere, ne hæretici aduersus Ecclesiam Dei rebellent impunè. Et disertissimè cõtra Cresconium Grammaticum: In hoc Reges,* Lib. 3. c. 51. *sicut eis diuinitus præcipitur, Deo seruiunt, in quantum Reges, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant: non solùm quæ pertinent ad humanam societatem, verùm etiam quæ ad diuinam religionem.*

Sacræ denique literæ disertè docent, magistratum debere esse custodem diuinarum legum: non solùm quæ ad secundam tabulam, siue ad humanæ societatis pacem & tranquillitatem pertinent: sed etiam earum quæ ad primam Decalogi tabulam, & ad diuinam religionem pertinent. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino Psal. 2. *in timore. & : Erunt Reges nutricij tui, & Regina nutricia.* Esaie. 4.

Quæ cùm ita sint, haudquaquàm suo muneri faciunt satis Principes & magistratus, qui ad alios reiecta cura omni religionis conseruandæ, tuendæ ac propagandæ, humanæ tantùm societatis curam suscipiunt: atque id vnum student, vt pacē ac tranquillitatem politicam procurent & tueātur. Quanquam (si celeberrimi illi Pontifici Leoni credamus) etiam in eo falluntur, quòd existimant politicam tranquillitatem, cum dissipata religione posse vnquam constare.

Epist. 24. ad Theodosium. Et epist. 23. ad Pulcheriam Augustā.

Sicut autem non rectè sentiunt de magistratus officio, qui ad illum nullam curam diuinæ religionis & Ecclesiæ pertinere existimant: Ita perniciosè sentiunt, qui ad Magistratus munus pertinere docent cognitionem & iudicium de causis religionis, inspectionem & emendationem Ecclesiarum, curam doctrinæ quæ in Ecclesia tradatur, ministrorum vocationem, & (vt summatim dicam) Ecclesiæ gubernationē. Quæ doctrina, præterquàm quòd turpiter commiscet potestatē Ecclesiasticā & ciuilē, earūq; functiones confundit, atque Ecclesiā, quā pulcherrimo ordine, tanquàm instructam quandā castrorum aciem, Christus instituit, confusam quandā multitudinem facit: doctrinæ etiam Spiritus Sancti tam in propheticis, quàm in Apostolicis literis traditæ aduersatur: quæ disertè docet, doctrina de

Cantic. 6.

næ de religione causam ad sacerdotes pertinere. In Leuitico scribit Moyses: Præceptum sempiternum est in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanũ, pollutum & mundum, doceatisq; filios Israël. Rursus in Deuteronomio: Si difficile & ambiguũ iudicium perspexeris, surge, & ascende in locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tẽpore, quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatẽ, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quẽ elegerit Dominus: Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Quo loco etiam præscribit Moyses constituendo super filios Israel regi, vt cùm sederit in solio regni sui, describat Deuteronomium legis in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus: subindicans in Leuitico ordine & codicum veritatem & emẽdationem conseruari, & ab eo intelligentiam esse petendam. Rursus: Accedent, inquit Moyses, filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius: & ad verbum eorum omne iudicium pendet, & quicquid mundum vel immundum est, iudice-

Cap. 10.

Cap. 17.

Deut. 21.

tur. Vides ad ordinem sacerdotum Leuiticorum omne iudicium pertinere. Quam Moysi doctrinam rectè intelligens, & studiosè obseruans religiosus ille rex Iosaphat, dum à cultu idolorum reuocaret filios tribus Iudæ ad veram veri Dei religionem, constituit quidem in singulis ciuitatibus Iudices terræ: at in Ierusalem Leuitas & sacerdotes, & Principes familiarum ex Israël: præcipiens, vt vbicunque quæstio esset de lege, de mandato, de cæremonijs, de iustificationibus, ostenderent filijs Israël, vt non peccent in Dominum. Et additur eodem loco: Amarias autem sacerdos & Pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit: Porrò Sabadias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda, super ea opera quæ ad regis officium pertinent: habetísque magistros, Leuitas, coram vobis: confortamini, & agite diligenter. Consentit Ezechiel, scribens in hunc modum: Sacerdotes populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt leges meas. Similiter Aggæus: Interroga sacerdotes legem. Postremò Malachias quoque Propheta: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent

2. Paralip. 17. & 19.

Cap. 44.

Cap. 2.

Cap. 2.

rent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.

Idem docet disertè etiam Apostolicæ literæ: Vos autē estis, inquit Paulus, corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidē posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, &c. Et alibi: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autē prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, & in ædificationem corporis Christi. Et in Actis Paulus ad Episcopos: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere ecclesiā Dei, quā acquisiuit sanguine suo. Postremò ipsa prima Synodus, quæ tempore Apostolorū habita est Hierosolymis, idem liquidissimè docet. Facta, inquit Lucas, seditione non minima, Paulo & Barnabæ aduersus quosdam Iudæos, docentes, quòd nisi circuncider entur gentes secundùm morem Moysi, non possent saluari: statuerunt, vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad Apostolos et presbyteros in Hierusalem, super hac quæstione. Et audita sententia Petri & Iacobi, placuit Apostolis & senioribus fratribus, vt definita sententia super proposita hac quæstione transcri-

1. Cor. 12.
Ephes. 4.
Act. 20.
Act. 15.

transcriberetur fratribus, qui erant Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ ex gentibus. Porrò quinam sint presbyterorũ & seniorum nomine intelligendi, ex cap. 20. satis intelligi potest, vbi nomine presbyterorum & maiorum natu, siue seniorum Ecclesiæ, manifestissimè constat designari Episcopos, hoc est, gubernatores Ecclesiæ, non
Actor. 20. *autem ciuiles magistratus. A Mileto, inquit Lucas, mittens Ephesum vocauit maiores natu Ecclesiæ. qui cùm venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

Hæc testimonia Spiritus sancti in literis tam propheticis quàm Apostolicis probè intelligẽtes vetustissimi, sanctissimi, et eruditissimi patres, disertè et incunctanter definierunt: Nõ ad Regum, Principum, aut Magistratuum officiũ pertinere cognitionem, iudicium & inspectionem siue curam doctrinæ de religione: sed ad solos Presbyteros, Episcopos et gubernatores ecclesiæ. Ex quorũ magna multitudine, vnius Ambrosii
Lib. 5. epistol. 32. *illustre admodum testimonium proposuisse suffecerit. Cùm Valentinianus Imperator iunior, Iustinæ matris impulsu, puer adhuc admodum sibi de fide iudicium vsurpare conaretur, scripsit ad eum,*

eum præstāti animi fiducia,& fortitudine planè Episcopo digna: Dalmatius, inquit, me tribunus & Notarius, mandato, vt allegauit, clementiæ tuæ cõuenit, postulās vt & ipse iudices eligerē, sicut elegisset Auxentius, nec tamen expressit eorum nomina qui fuerant postulati: sed id addidit, quòd in consistorio esset futura contentio, arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui rei respõdeo (vt arbitror) competenter: nec quisquam contumacem iudicare me debet, cùm hoc adseram, quod Augustæ memoriæ pater tuus nõ solùm sermone respõdit, sed etiā legibus sanxit suis: In causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis iudicare eū debere, q nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiā si aliâs quoque argueretur Episcopus, et morum esset examinanda causa, etiam hāc voluit ad Episcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ: Ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi fortè vilis quibusdam existimatur tanti imperatoris sententia, cuius & fides, confessionis cõstantia probata est, & sapientia meliorata reipub. profectibus prædicatur. Quando audisti, clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopis iudicasse? Ita ergo quadam adula-

adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores. Et quod Deus donauit mihi, hoc ipsum alijs putem esse cedēdum. Certè si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tēpora retractemus, quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Eris, Deo fauente, etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus vir maturioris aui dicebat: Non est meū iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debeo iudicare. Et rursus in epistola ad sororem: Noli te grauare (inquit) Imperator, vt putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere: noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto DEO subiectus. Scriptum est: Quæ Dei Deo: quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent: ad sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mænium ius commissum est, non sacrorum &c.

Epist. 33.

Ergo cùm nec illi rectè sentiant, qui nullam religionis diuinæ, sed tantùm politicæ societatis curam, ad magistratum pertinere existimantes, magistratus munus nimis astringunt: Nec isti qui cognitionem, & iudicium de religio-

gionis doctrina, ad magistratus functionē pertinere contendentes, nimis illud amplificant. Illi soli rectè sentire de magistratus officio censendi sunt, qui temperata & moderata sententia nō solius humanæ societatis & trāquillitatis, sed etiā diuinæ religionis curam hactenus magistratibus tribuunt, vt rectam & syncerā de religione doctrinam religiosè suscipiētes & venerātes studiosè defendāt, tueātur, & propagent: leges ad eā conseruandā & stabiliendam sanciendo, & quæ cōtra eā fiūt seuerè prohibendo & vindicando. Porrò quanā sit syncera & recta pietatis siue religionis doctrina, id ab ijs solicitè perquirāt, quos Christus vsq; ad cōsummationē seculorū præposuit pastores et doctores, gubernatores et rectores ecclesiæ, quā acquisiuit sanguine suo: quib9 se per suū spiritū semper adfuturū pollicitus est, cuius ductu & magisterio in omnē inducātur veritatē. Si igitur suo quæq; potestas munere cōtenta, Ecclesiastica quidē regat Ecclesiā verbo syncera doctrinæ, sacramētorū administratione, idoneorū ministrorū institutione, legū ad ordinis publici in ecclesia cōseruationē, et ad charitatis ædificationē sanctione, & deniq; pœnis spiritualibus, vtpote excōicatione cōtumaces coercēdo: Potestas verò politica, pacē et trāquillitatem in societate humana, legiti-

Ephes. 4. Actuū 20. Math. 28. Ioan. 16.

legitimis sanctionibus procurando, idq́ potissimum eo fine, vt doctrina religionis doceri & propagari commodè possit in Ecclesia; & perturbatores tranquillitatis aut societatis humanæ seuerè puniendo, denique religionis diuinæ doctrinam, religiosè & studiosè tuendo, constabit in Ecclesia Christi pulcherrimus ille ordo, quem in ea Christus ipse instituit. Verùm si vtraque suis limitibus non cõtenta alterius officium inuadat & vsurpet, in multitudine confusa, & ordine destituta, hæreses & schismata in religione, & perturbatio grauis in societate humana existant necesse est: & facilè eueniet, vt pro vera religione falsa introducatur: & pro legitimis doctrinæ magistris siue doctoribus, nothi & spurij ministri, hoc est, pseudoprophetæ irrepant in ouile Christi. Memorabile admodũ est quod de Ioa Rege Iuda commemorat sacra historia: Cũctis diebus, quibus Ioiadæ summi sacerdotis consilijs & institutione gubernabatur, acceptũ eum fuisse Deo: at post mortẽ pontificis, cũ aulicorum suorum consilijs deliniretur, sacerdotum consilio neglecto, ad idolorũ cultum lapsum esse. Salutarem hũc & pulcherrimum ordinem, quàm studiosè religiosus ille Imperator Theodosius obseruârit, docet sanctio illa celeberrima: Cũctos populos, quos clemẽtiæ nostræ regit impe-

4. Regũ. cap.12.

2. Paralip 24.a.

Lib.9.c.7 historiæ tripartitæ

rium,

rium, in tali volumus religione versari, quam D. Apostolum Petrũ tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamq; pontificem Damasum sequi claret: & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis. In qua lege sancienda, eum secutum esse Magni Constantini exemplum constat. Et præclarè scripsit Martianus Augustus: Nos ad cõfirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem exemplo Imperatoris Constantini, adesse synodo cogitamus, ne in posterum multitudo populi, institutionibus prauis attracta inueniatur dissentiens. Et postea: Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè turbis adunatis tractare conetur in posterum. Nam iniuriam facit religiosissimæ Synodi iudicio si quis semel iudicata & rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendit. Et in contemptoribus huius legis pœna non deerit, qui contra fidem bene dispositam veniunt. Sapientissimè quoque & verissimè scripsit magnus ille Leo Pontifex ad Pulcheriã Augustam: Res humanas aliter tutas esse non posse, nisi quæ ad diuinã cõfeßionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat authoritas.

Codice de Sãcta rel. & fide catholica.

In synodo Chal. Actio. 1.

Actio. 3.

Sed iam quã ob causam ad vos, Amplissimos celeberrimi Emporij Senatores, de legitimo magistra-

gistratuum officio, scribendum existimauerim, paucis accipite. Scribunt magna cõfidẽtia Ministri quidam, qui nuper in Ecclesijs Emporij vestri nouam Confessionem cũ Augustana (ut aiunt) consentientem, ediderunt, isthuc legitimè à Magistratu se accitos aduenisse, & publicam religionis tractationẽ, nõ nisi à magistratu approbatos, & per clementem magistratus concessionem, auspicatos esse: idq; etiam facto per publicum diploma, solenni inter ipsorũ cœtum & gubernatores contractu. Quanta cum ignominia tum nominis vestri, tum gloriæ celeberrimi Emporij hoc scribant, confido vestras amplissimas Dominationes ex discrimine potestatis Ecclesiasticæ & politicæ, officiorumq; vtriusque potestatis distinctione iã probè perspicere. Cùm enim meridiana luce clarius sit, confessionẽ & doctrinã, quã celeberrimo Emporio obtrudũt, catholicæ doctrinæ per vniuersum Christianum orbẽ receptæ, nõ in subtilibus quibusdam dogmatibus, quæ popularẽ captũ excedunt, sed in præcipuis, ijsq; omnibus notissimis religionis capitibus, ex diametro contrariã esse, quis non iure optimo in grauem fluctuationem adducatur, quidnam de amplissimo illo & nobilissimo Senatu statuere debeat, cuius nõ solùm dissimulatione, & toleratione, sed etiã manifesta

nifesta voluntate, imò vocatione & approbatione, noua doctrina importata scribitur, et noua doctrinæ noui Ministri acciti? Grauissimè scripsit olim Hieronymus, nolle se quenquam in hæreseos suspicione esse patientem. Quare vestri muneris est, Celeberrimi Senatores, ediuerso inuerecundum & impudens de vobis mendacium, quod etiam cum multorum scandalo est coniunctum, publica aliqua & manifesta declaratione refellere, & constantem vestram erga religionē & catholicam doctrinam voluntatem, toti orbi testatam facere. Nouationem etiam doctrinæ, quæ pro temporum calamitate dolis & fraudibus improborum hominum, sub prætextu negotiationis exercendæ in celeberrimum Emporium irrepsit, contra vestram voluntatem importatam esse palam ostendere. Ad Pammachium

Pergite ergo, Amplissimi Senatores, more maiorum vestrorum catholicam religionem sedulò tueri & considerate quæso attentè, quod in illa Confessione scribunt de Caluinistis Martinistæ. Caluinistarum, inquiunt, Liturgia, non vno sacrilegio vitiata, contaminataq́ est, eóque, proh dolor, passim innumeras animas æterno exitio inuoluit. Videtis, Amplissimi Senatores, populū vestrum, qui Caluini doctrinam sectatur, eiusq́ Liturgia vtitur, in æternum exitiū iudicio Mar-

tinistarum præcipitari. An hoc autem patienter ferre potest Christianus magistratus, populũ, cui regendo præfectus est, in eam doctrinam erudiri, quæ in æternum barathrum instabilem populum præcipitet? Atqui quod Martinistæ scribũt de Caluinistis, id nos Catholici de Martinistis pariter & Caluinistis verissimè scribere possumus: Quisquis siue Martinistarum, siue Caluinistarũ, siue Anabaptistarum, aut aliorum quorumuis sectariorum doctrinam sequitur, spreta ecclesiastica & Catholica doctrina, æterno eum exitio inuolui, & tanquam Ethnicum & publicanum, etiã in hac vita à cœtu veræ Christi Ecclesiæ esse exclusum.

Attendite, obsecro, qualem fidei suæ confessionem, quamq; diuersam ab ea, quæ nunc vobis & vestro populo obtruditur, olim cùm variæ hæreses scinderent Christi Ecclesiam, sanctissimus ille & celeberrimus Ecclesiæ doctor Hieronymus ediderit: Ego, inquit, interim dum vnaquæque hæresis rapere me ad se festinat, clamito: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est. Rursus: Quoniam, inquit, Christi vineam per Orientem exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, difficile vbi fons signatus, & hortus ille conclusus, hoc est, Ecclesiæ veritas sit, possit intelligi, ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico ore

Epist. ad Damasũ.

ore

ore laudatum censui consulendā: inde nunc anima meæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimēta suscepi. Ego nullū nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri cōmunione consocior. Super illā petram ædificatā ecclesiā scio. Quicunq; extra hanc domū agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noe nō fuerit, peribit regnante diluuio: non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicunq; tecū non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Et rursus: Breuem tibi, ô hæretice, apertamq; animi mei sententiam proferam: In illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsq; ad hanc diem durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino nostro Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vtputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue Campates (adde Martinistas, Lutheranos, Caluinistas) scito, non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quòd postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciat. Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus: & scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistant.

Aduersus Luciferianos.

Vide Cyprianum tract. 3. de simplicitate prælatorum.

Christus suo spiritu vestra consilia gubernet, vt in hac Ecclesiæ tempestate, & ipsi vos, & populus vobis concreditus, stabiles & immobiles permaneatis in communione Cathedræ Apostolicæ, et in ea Ecclesia, quam super illam ædificatam solã verã Christi Ecclesiã esse, in qua salus cõtingere poßit, celeberrimus ille & sanctißimus Ecclesiæ Doctor libera voce confessus est.

Hierony. ad Pammachium

Pariter igitur omnes libera voce cũ sanctissimo Hieronymo dicamus: Vsque ad hunc diem sine ista doctrina (Martini scilicet aut Caluini) mundus Christianus fuit: Illam senes tenebimus fidem, in qua pueri nati sumus. Valete.

Amplißs. V. D.

Deditißimus.

Iudocus Rauesteyn Tiletanus.



CON-

CONFESSIONIS siue doctrinæ, quæ nuper edita est à Ministris, qui in Ecclesiã Antwerpiensem irrepserunt, & Augustanæ Confeßioni se assentiri profitentur, succincta Confutatio.

Autbore Iudoco Rauesteyn Tiletano.

CHRISTVS Dominus, & Saluator noster, diuino suo spiritu prænidens graues tentationes, periculaq́ grauia, quæ nouißimis potißimum temporibus Ecclesiam exercerent & perturbarent, monuit Apostolos suos, vt attẽderẽt à falsis prophetis, qui veniũt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, eos verò ex fructibus dignosci posse. Cùm verò multi & varij sint fructus, ex quibus pseudoprophetarum dijudicatio fieri potest: imprimis doctrinæ & confeßionis forma quam adferunt, certißimus est et manifestißimus fructus, ex quo ea dijudicatio fieri potest. Quotiens, inquit Origenes, Ecclesiarum Magistri canonicas proferũt scripturas, quibus omnis Christianus consentit, videntur dicere: Ecce in domibus est verbum veritatis, non in deserto, aut solitudine: Sed nos illis credere non debemus, nec exire à pa- Math. 7. Homi. 29 in Mattheum.

 terna

terna & ecclesiastica traditione, neque aliter vnquam credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Quinimò & hæreticum etiam eum habendum censet, qui aliud credit, aut docet, quàm habeat definitio ecclesiasticæ traditionis. Hæreticus, inquit, est, qui Christo se credere profitetur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quàm habet definitio traditionis ecclesiasticæ. Eandem sententiam studiosè admodum inculcat & commendat Vincentius ille Lirinensis in doctissimo suo libro, quem scripsit contra hæreseôn nouationes. Is, inquit, verus & germanus Catholicus est, qui in fide fixus & stabilis permanens quicquid vniuersaliter & antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit id solùm sibi credendum, tenendùmque decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno (veluti à Luthero, vel Caluino) præter omnes, & contra omnes Sanctos, nouum aut inauditum, induci senserit, id nō ad religionem, sed ad tentationem potius pertinere, non dubitat. Quod enim nouum, quod particulare, id catholicum nō esse, quisquis diligenter aduerterit, facilè intelligit.

Origines in Commentariū epistolæ ad Titum

Vincensius. Lirinensis.

Ex hoc igitur fructu, seu certissima nota, illico agnoscitur falsus propheta: quòd catholica, & vniuersali totius Ecclesiæ antiqua doctrina reiecta,

iecta, nouam doctrinæ formam Ecclesiæ inferre conatur. Qui pellibus quidem ouium se obtegere studet, dum scripturarum sanctarum eloquia in confirmationem doctrinæ crebrò adfert: sed feritatem lupinam conuincitur occultare, dum sensum & intelligentiam falsam, catholicæq́ traditioni contrariam inducere deprehenditur. Quę cùm audis profitentem, se ministrum esse Christi Iesu, & soli fratrum saluti consulere, recordari debes eius quod dicit Paulus de Pseudoapostolis: Sunt, inquit, operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi: & non mirum: ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, veluti ministri iustitiæ, & iactent se Christi Iesu ministros. 2. ad Corinth. 11.

Subintroierunt non ita dudum in Ecclesiam celeberrimi illius totius Europæ Emporij, oppidi Antwerpiensis, Magistri quidam, siue (vt Apostolus loquitur) Prophetæ: quorum alteri se Confeßionis Augustanæ, alteri Caluinianæ doctrinæ sectatores profitentur.

Quas doctrinæ sectas, in præcipuis religionis capitibus (quale est imprimis doctrina de cœna Domini) sibi inuicem prorsus aduersari, notißimum toto orbe est: nec ipsi quoque Magistri diffitentur. Dum autem suam vtraque

adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores. Et quod Deus donauit mihi, hoc ipsum alijs putem esse cedēdum. Certè si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tēpora retractemus, quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Eris, Deo fauente, etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus vir maturioris æui dicebat: Non est meū iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debeo iudicare. Et rursus in epistola ad sororem: Noli te grauare (inquit) Imperator, vt putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere: noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto DEO subiectus. Scriptum est: Quæ Dei Deo: quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent: ad sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum &c.

Epist. 33.

Ergo cùm nec illi rectè sentiant, qui nullam religionis diuinæ, sed tantùm politicæ societatis curam, ad magistratum pertinere existimantes, magistratus munus nimis astringunt: Nec isti qui cognitionem, & iudicium de religio-

gionis doctrina, ad magistratus functionẽ pertinere contendentes, nimis illud amplificant. Illi soli rectè sentire de magistratus officio censendi sunt, qui temperata & moderata sententia nõ solius humanæ societatis & trãquillitatis, sed etiã diuinæ religionis curam hactenus magistratibus tribuunt, vt rectam & syncerã de religione doctrinam religiosè suscipiẽtes & venerãtes studiosè defendãt, tueãtur, & propagent: leges ad eã conseruandã & stabiliendam sanciendo, & quæ cõtra eã fiũt seuerè prohibendo & vindicando. Porrò quanã sit syncera & recta pietatis siue religionis doctrina, id ab ijs solicitè perquirãt, quos Christus vsq; ad cõsummationẽ seculorũ præposuit pastores et doctores, gubernatores et rectores ecclesiæ, quã acquisiuit sanguine suo: quib⁹ se per suũ spiritũ semper ad futurũ pollicitus est, cuius ductu & magisterio in omnẽ inducãtur veritatẽ. Si igitur suo quæq; potestas munere cõtenta, Ecclesiastica quidẽ regat Ecclesiã verbo syncerae doctrinæ, sacramẽtorũ administratione, idoneorũ ministrorũ institutione, legũ ad ordinis publici in ecclesia cõseruationẽ, et ad charitatis ædificationẽ sanctione, & deniq; pœnis spiritualibus, vtpote excõicatione cõtumaces coercẽdo: Potestas verò politica, pacẽ et trãquillitatem in societate humana, legiti-

Ephes. 4.
Actuũ 20
Math. 28.
Ioan. 16.

legitimis sanctionibus procurando, idq́ue potissimum eo fine, vt doctrina religionis doceri & propagari commodè possit in Ecclesia, & perturbatores tranquillitatis aut societatis humanæ seuerè puniendo, denique religionis diuinæ doctrinam, religiosè & studiosè tuendo, constabit in Ecclesia Christi pulcherrimus ille ordo, quem in ea Christus ipse instituit. Verùm si vtraque suis limitibus non cōtenta alterius officium inuadat & vsurpet, in multitudine confusa, & ordine destituta, hæreses & schismata in religione, & perturbatio grauis in societate humana existant necesse est: & facilè eueniet, vt pro vera religione falsa introducatur: & pro legitimis doctrinæ magistris siue doctoribus, nothi & spurij ministri, hoc est, pseudoprophetæ irrepant in ouile Christi. Memorabile admodū est quod de Ioa Rege Iuda commemorat sacra historia: Cūctis diebus, quibus Ioiadæ summi sacerdotis consilijs & institutione gubernabatur, acceptū eum fuisse Deo: at post mortē pontificis, cū aulicorum suorum consilijs deliniretur, sacerdotum consilio neglecto, ad idolorū cultum lapsum esse. Salutarem hūc & pulcherrimum ordinem, quàm studiosè religiosus ille Imperator Theodosius obseruârit, docet sanctio illa celeberrima: Cūctos populos, quos clemētia nostra regit impe

4. Regū. cap. 12.
2. Paralip 24. a.

Lib. 9. c. 7 historiæ tripartitæ

rium;

rium, in tali volumus religione versari, quam D. Apostolum Petrū tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamq; pontificem Damasum sequi claret: & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis. In qua lege sancienda, eum secutum esse Magni Constantini exemplum constat. Et præclarè scripsit Martianus Augustus: Nos ad cōfirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem exemplo Imperatoris Constantini, adesse synodo cogitamus, ne in posterum multitudo populi, institutionibus prauis attracta inueniatur dissentiens. Et postea: Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè turbis adunatis tractare conetur in posterum. Nam iniuriam facit religiosissimæ Synodi iudicio si quis semel iudicata & rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendit. Et in contemptoribus huius legis pœna non deerit, qui contra fidem bene dispositam veniunt. Sapientissimè quoque & verissimè scripsit magnus ille Leo Pontifex ad Pulcheriā Augustam: Res humanas aliter tutas esse non posse, nisi quæ ad diuinā cōfessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat authoritas.

Codice de Sācta rel. & fide catholica.

In synodo Chal. Actio. 1.

Actio. 3.

Sed iam quā ob causam ad vos, Amplissimos celeberrimi Emporij Senatores, de legitimo magistra-

gistratuum officio, scribendum existimauerim, paucis accipite. Scribunt magna cōfidētia Ministri quidam, qui nuper in Ecclesijs Emporij vestri nouam Confessionem cū Augustana (vt aiunt) consentientem ediderunt, isthuc legitimè à Magistratu se accitos aduenisse, & publicam religionis tractationē, nō nisi à magistratu approbatos, & per clementem magistratus concessionem, auspicatos esse: idq́ etiam facto per publicum diploma, solenni inter ipsorū cœtum & gubernatores contractu. Quanta cum ignominia tum nominis vestri, tum gloriæ celeberrimi Emporij hoc scribant, confido vestras amplissimas Dominationes ex discrimine potestatis Ecclesiasticæ & politicæ, officiorumq́ vtriusque potestatis distinctione iā probè perspicere. Cùm enim meridiana luce clarius sit, confessionē & doctrinā, quā celeberrimo Emporio obtrudūt, catholicæ doctrinæ per vniuersum Christianum orbē receptæ, nō in subtilibus quibusdam dogmatibus, quæ popularē captū excedunt, sed in præcipuis, ijsq́ omnibus notissimis religionis capitibus, ex diametro contrariā esse, quis non iure optimo in grauem fluctuationem adducatur, quidnam de amplissimo illo & nobilissimo Senatu statuere debeat, cuius nō solùm dissimulatione, & toleratione, sed etiā ma-

nifesta

nifest a voluntate, imò vocatione & approbatione, noua doctrina importata scribitur, et nouæ doctrinæ noui Ministri acciti? Grauissimè scripsit olim Hieronymus, nolle se quenquam in hæreseos suspicione esse patientem. Quare vestri muneris est, Celeberrimi Senatores, ediuerso inuerecundum & impudens de vobis mendacium, quod etiam cum multorum scandalo est coniunctum, publica aliqua & manifesta declaratione refellere, & constantem vestram erga religionē & catholicam doctrinam voluntatem, toti orbi testatam facere. Nouationem etiam doctrinæ, quæ pro temporum calamitate dolis & fraudibus improborum hominum, sub prætextu negotiationis exercendæ in celeberrimum Emporium irrepsit, contra vestram voluntatem importatam esse palam ostendere. Ad Pammachium.

Pergite ergo, Amplissimi Senatores, morē maiorum vestrorum catholicam religionem sedulò tueri & considerate quæso attentè, quod in illa Confessione scribunt de Caluinistis Martinistæ. Caluinistarum, inquiunt, Liturgia, non vno sacrilegio vitiata, contaminataq; est, eóque, proh dolor, passim innumeras animas æterno exitio inuoluit. Videtis, Amplissimi Senatores, populū vestrum, qui Caluini doctrinam sectatur, eiusq; Liturgia vtitur, in æternum exitiū iudicio Mar-

tinistarum præcipitari. An hoc autem patienter ferre potest Christianus magistratus, populũ, cui regendo præfectus est, in eam doctrinam erudiri, quæ in æternum barathrum instabilem populum præcipitet? Atqui quod Martinistæ scribũt de Caluinistis, id nos Catholici de Martinistis pariter & Caluinistis verissimè scribere possumus: Quisquis siue Martinistarum, siue Caluinistarũ, siue Anabaptistarum, aut aliorum quorumuis sectariorum doctrinam sequitur, spreta ecclesiastica & Catholica doctrina, æterno eum exitio inuolui, & tanquam Ethnicum & publicanum, etiã in hac vita à cœtu veræ Christi Ecclesiæ esse exclusum.

Attendite, obsecro, qualem fidei suæ confessionem, quamq́; diuersam ab ea, quæ nunc vobis & vestro populo obtruditur, olim cùm variæ hæreses scinderent Christi Ecclesiam, sanctissimus ille & celeberrimus Ecclesiæ doctor Hieronymus ediderit: Ego, inquit, interim dum vnaquæque hæresis rapere me ad se festinat, clamito: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est. Rursus: Quoniam, inquit, Christi vineam per Orientem exterminant vulpes, vt inter lacus contritos, difficile vbi fons signatus, & hortus ille conclusus, hoc est, Ecclesiæ veritas sit, possit intelligi, ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico

Epist. ad Damasũ.

ore

ore laudatum censui consulendã: inde nunc anima meæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimẽta suscepi. Ego nullũ nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri cõmunione consocior. Super illã petram ædificatã ecclesiã scio. Quicunq; extra hanc domũ agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noe nõ fuerit, peribit regnante diluuio: non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicunq; tecũ non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Et rursus: Breuem tibi, ô hæretice, apertamq; animi mei sententiam proferam: In illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsq; ad hanc diem durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino nostro Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vtputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue Campates (adde Martinistas, Lutheranos, Caluinistas) scito, non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quòd postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciat. Aduersus Luciferianos.

Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus: & scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistant. Vide Cyprianum tract. 3. de simplicitate prælatorum.

Christus suo spiritu vestra consilia gubernet, vt in hac Ecclesiæ tempestate, & ipsi vos, & populus vobis concreditus, stabiles & immobiles permaneatis in communione Cathedræ Apostolicæ, et in ea Ecclesia, quam super illam ædificatam solã verã Christi Ecclesiã esse, in qua salus cõtingere poßit, celeberrimus ille & sanctißimus Ecclesiæ Doctor libera voce confessus est.

Pariter igitur omnes libera voce cũ sanctissimo Hieronymo dicamus: Vsque ad hunc diem sine ista doctrina (Martini scilicet aut Caluini) mundus Christianus fuit: Illam senes tenebimus fidem, in qua pueri nati sumus. Valete.

Hierony. ad Pammachium

Amplis. V. D.

Deditißimus.

Iudocus Rauesteyn Tiletanus.



CON-

CONFESSIONIS

siue doctrinæ, quæ nuper edita est à Ministris, qui in Ecclesiā Antwerpiensem irrepserunt, & Augustanæ Confeßioni se aſſentiri profitentur, ſuccincta Confutatio.

Authore Iudoco Raueſteyn Tiletano.

CHRISTVS Dominus, & Saluator noster, diuino ſuo ſpiritu prævidens graues tentationes, periculaq́ue grauia, quæ nouißimis potißimum temporibus Eccleſiam exercerent & perturbarent, monuit Apoſtolos ſuos, vt attēderēt à falſis prophetis, qui veniūt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, eos verò ex fructibus dignoſci poſſe. Cùm verò multi & varij ſint fructus, ex quibus pſeudoprophetarum dijudicatio fieri poteſt: imprimis doctrinæ & confeßionis forma quam adferunt, certißimus eſt et manifeſtißimus fructus, ex quo ea dijudicatio fieri poteſt. Quotiens, inquit Origenes, Eccleſiarum Magiſtri canonicas proferūt ſcripturas, quibus omnis Chriſtianus conſentit, videntur dicere: Ecce in domibus eſt verbum veritatis, non in deſerto, aut ſolitudine: Sed nos illis credere non debemus, nec exire à pa-

Math. 7.

Homi. 29 in Matthęum.

 terna

terna & ecclesiastica traditione, neque aliter vnquam credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Quinimò & hæreticum etiam eum habendum censet, qui aliud credit, aut docet, quàm habeat definitio ecclesiasticæ traditionis. Hæreticus, inquit, est, qui Christo se credere profitetur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quàm habet definitio traditionis ecclesiasticæ. Eandem sententiam studiosè admodum inculcat & commendat Vincentius ille Lirinensis in doctissimo suo libro, quem scripsit contra hæreseôn nouationes. Is, inquit, verus & germanus Catholicus est, qui in fide fixus & stabilis permanens quicquid vniuersaliter & antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit id solùm sibi credendum, tenẽdũmque decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno (veluti à Luthero, vel Caluino) præter omnes, & contra omnes Sanctos, nouum aut inauditum, induci senserit, id nõ ad religionem, sed ad tentationem potius pertinere, non dubitat. Quod enim nouum, quod particulare, id catholicum nõ esse, quisquis diligenter aduerterit, facilè intelligit.

Origines in Commentariũ epistolæ ad Titum

Vincensius. Lirinensis.

Ex hoc igitur fructu, seu certissima nota, illico agnoscitur falsus propheta: quòd catholica, & vniuersali totius Ecclesiæ antiqua doctrina reiecta,

iecta, nouam doctrinæ formam Ecclesiæ inferre conatur. Qui pellibus quidem ouium se obtegere studet, dum scripturarum sanctarum eloquia in confirmationem doctrinæ crebrò adfert: sed feritatem lupinam conuincitur occultare, dum sensum & intelligentiam falsam, catholicæq́; traditioni contrariam inducere deprehenditur. Quē cùm audis profitentem, se ministrum esse Christi Iesu, & soli fratrum saluti consulere, recordari debes eius quod dicit Paulus de Pseudoapostolis: Sunt, inquit, operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi: & non mirum: ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, veluti ministri iustitiæ, & iactent se Christi Iesu ministros. 2. ad Corinth. 11.

Subintroierunt non ita dudum in Ecclesiam celeberrimi illius totius Europæ Emporij, oppidi Antwerpiensis, Magistri quidam, siue (vt Apostolus loquitur) Prophetæ: quorum alteri se Confeßionis Augustanæ, alteri Caluinianæ doctrinæ sectatores profitentur.

Quas doctrinæ sectas, in præcipuis religionis capitibus (quale est imprimis doctrina de cœna Domini) sibi inuicem prorsus aduersari, notißimum toto orbe est: nec ipsi quoque Magistri diffitentur. Dum autem suam vtraque

pars doctrinam in eo Emporio magno ſtudio & contentione diſſeminare ſtudet, ac exterorum & corruptorum hominum, qui pridem ſub prætextu mercatus, in florentiſsimum Emporium gregatim confluxerunt, fauore & præſidio adiuuatur, miſerandè labefactata eſt & diſcerpta nobilis illa Eccleſia. Quoniam itaque Magiſtri illi, qui ſe Confeſsioni Auguſtanæ aſſentiri profitentur, ſuam confeſsionem & doctrinam etiam ſcripto ediderunt, vt nō tantùm voce, ſed etiam ſcripto, Eccleſia tenera, et ab ipſis nuper (vt aiūt) plantata, commodius informari poſsit: neceſſarium exiſtimauimus, vt ad confirmationem piorum Catholicorum, inſtructionem vacillantium, aut etiam reductionem deceptarum animarum, Antidotum aduerſus hoc ſcriptum ederemus: ex quo facilè intelligi poſsit, quo pacto Catholica, antiqua, ac vniuerſalis Eccleſiæ doctrina rectè aduerſus Pſeudomagiſtrorum inanes argutias, et malitioſas calumnias defendatur. Hortamur autem & cum Apoſtolo Paulo in Domino rogamus vniuerſos Antwerpienſis Eccleſiæ fratres, atque adeo omnes Chriſtianos, vt obſeruent eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinā quā didicerunt, inuehunt: & declinent ab illis, atque in doctrina Catholica ſemel tradita immobiles permaneant.

Ad Romanos 16

Quid

Quid de subintrogressis istis Magistris, eorumque doctrina sentiendum sit, ex eo quoque cognoscere fideles Christi discipuli possunt, quòd sine vlla legitima vocatione ac missione, docẽdi munus in Ecclesia Antwerpiensi inuaserint, & vsurpauerint, contra Apostoli doctrinam. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? & : Nemo sibi sumit honorem, nisi qui vocatus est. Et in Actis scribit Lucas, Presbyteros ecclesiarum, per spiritum Sanctum ministerio Apostoli Pauli constitutos. Et Paulus Tito mandat, vt per ciuitates constituat presbyteros & Episcopos. Scribũt quidem, se legitimè accersitos venisse ad Antwerpiensem Ecclesiam, & non nisi à Magistratu approbatos, publicam religionis tractationem auspicatos (quod de celeberrimo illo senatu scribi posse sine ingenti contumelia non putamus) sed hoc asserimus, Magistratus secularis vocationem & approbationem non agnosci ab Apost. Paulo, tanquam legitimam vocationem: qui palam docet, presbyterorum Ecclesiæ ministrorum, ac magistrorum vocationem & ordinationem ad Apostolorum & Episcoporum munus pertinere, non ad secularis magistratus munus. Actorum 15. & 20. 2. ad Timotheum 1. ad Titum 1. & ad Ephesios 4.

Ad Romanos 10. Ad Hebreos 5. Actuũ 20. Ad Tit. 1.

Norma

¶ Norma veritatis.

Regulam veritatis, eius quæ ad religionem diuinā pertinet, non esse solum verbum Dei, in sacris literis veteris & noui testamenti comprehensum cum tribus symbolis, Apostolico, Nicæno, & Athanasiano, & tribus sequentibus & principalibus Concilijs (quod hîc tanquam caput & basis totius Confessionis constituitur) id liquidò demonstratur: primùm ex eo, quòd non nisi Ecclesiastica traditione, sine vllo scripto agnoscitur, quod sit verum Dei verbū: Deinde ex eo, quòd de verbi in libris veteris & noui Testamenti scripti vera intelligentia, non rarò in quæstionibus ad religionem pertinentibus controuersia incidere consueuit: in qua controuersia ad rectam intelligentiam statuendam, aliam certè regulam, quàm verbum scriptū consulere necesse est. Rectè igitur Patres tradiderunt, verbo scripto addendam catholicam & ecclesiasticam traditionem, ex eaq́; certam intelligentiam sumendam, quoties scripturæ verba in varias sententias ab impijs & imperitis hominibus distraherentur. Qua de re extat memorabilis doctrina Apud S. Irenæū Martyrem, & Vincentium Lirinensem, & celebratur meritò illa D. Clementis sententia: Sunt, inquientis, in scri-

Lib. 3. ca. 3. & li. 4. cap. 41. li. 1 recognitionū.

pturis

pturis diuinis multa, quæ trahi possunt ad sensum quem sibi quisq; præsumit, & ideo oportet intelligentiam scripturarum ab eo discere, qui eam à maioribus sibi traditam seruat. Vides regulam & amußim veritatis circa religionis dogmata, non tam scriptum verbum, quàm traditionem à maioribus acceptam esse. Celebratur & illa Tertulliani sententia: Non ad scripturas prouocandum esse, nec in ijs aduersus hæreticos constituendum certamen, in quibus aut incerta, aut parum certa est victoria: sed ad traditionem Apostolicarum Ecclesiarum confugiendum. Deinde & hoc quoque manifestum est, quòd non hoc Apostolorum in Epistolis conscribendis institutum fuit, vt totam fidei doctrinam in eis exponerent, cùm certatantùm quædam dogmata pro oblata scribendi occasione in singulis epistolis tractata, liquidò cernantur. Sed hoc eis studio fuit, vt quæstiones in ecclesijs ad quas scribebant, subortas explicarent, aut vitæ rationem præscriberent, denique ad patientiam & stabilitatem in accepta semel doctrina eos exhortarentur. Quod liquidò Apostolus ipse testatur, scribens Thessalonicensibus: Tenete (inquiens) traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per Epistolam nostram. item: Cætera cùm venero, disponam. Item: Quæ audisti per multos testes à me, hæc com-

Tertullianus de præscrip. hæreticorum.

2 Thes. 2.

1. Cor. 11.

2. Tim. 2.

commenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt
2.Tim. 3. *& alios docere. & : Tu verò permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi. Celebratur meritò*
Cap. 27. de ſpirit. ſancto. *illa magni Baſilij ſententia: Dogmata, inquiẽtis, quæ in Eccleſia ſeruantur & prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata, in myſterio recepimus. Quæ vtraq; eãdem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel modicã ſaltem eccleſiaſticorum iurium experiẽtiam habet. Si enim aggrederemur, non ſcripto proditas conſuetudines, velut non magnam vim habentes reÿcere, imprudentes etiam ipſis principalibus Euangelÿ partibus damnũ inferremus: imo potius ipſam Euãgelÿ prædicationem ad nudum nomen contraheremus. velut verbi gratia: vt eius quod primum & communiſsimum eſt, primã mentionem faciam: figura crucis ſignare eos, qui in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habent, quis ſcripto docuit? Ad Orientem conuerſos eſſe nos dum oramus, quæ figura nos docuit? In-*
Euchariſtia oſtẽſa ad adorãdum. *uocationis verba, dum oſtenditur Euchariſtia, & poculum benedictionis, quis Sanctorũ ſcripto nobis reliquit? Non enim his contenti ſumus, quorum Apoſtolus aut Euangelium mẽtionem fecit, ſed & antè & pòſt, alia quædam dicimus, velut magnum robur ad myſteriũ habentia, ex doctrina ſcripto*

na scripto non prodita assumpta. Benedicimus aquam baptismatis, & oleũ vnctionis, insuperq́; ipsum qui baptizatur: ex quibus scriptis? nónne à tacita & arcana eruditione? ipsam verò olei illitionem quæ doctrina scripta docuit? At ter immergi hominem, vnde est? Reliqua item quæ circa baptismum fiunt, Renunciare Sathanæ & angelis eius, ex qua sunt scriptura? nónne ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minimè curioso ac solicito silentio patres nostri conseruârunt? Rectè illi, vtpote edocti mysteriorum reuerentiam ac authoritatem silentio custodiri. Cum Basilio prorsus consentit doctissimus ille Ioannes Chrysostomus, interpretans illa Pauli verba: Tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Hinc patet, inquit, quòd non omnia per epistolam tradiderunt Apostoli, sed multa etiam sine literis. Eadem verò fide digna sunt tam ista, quàm illa. Itaque traditionem quoque Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius. Quam sententiam apud Dionysiũ quoque Areopagitam, Apostoli Pauli discipulum, in fine Ecclesiasticæ Hierarchiæ videre licet. Et illustris admodum est illa eiusdem sententia in primo capite eiusdẽ libri: Substantia sacerdotij, scriptura sacra est nobis diuinitus tradita. Porrò huiusmodi plena venerationis

2. Thess. 2

In epist. 2 ad Thess. 2. Hom. 4.

Dionysi. Areopagita.

rationis eloquia dicimus, quæ à beatiſsimis patribus neſtris, à quibus ſacris myſterÿs imbuti ſumus, in ſanctis ac theologicis commendata ſunt libris: & quæ ab iÿſdem ſanctiſsimis viris, ſacratiore & purgatiore, & propinqua quodammodo cælesti Hierarchiæ doctrina ſancti duces et præceptores noſtri didicerunt, & ex animo in animum ſine literis transfuſa ſunt. Eodem pertinet inſignis illa D. Aug. ſententia: Sequimur ſanè in hac re (hoc eſt, in quæſtione & dogmate de nō baptizandis ÿs qui ab hæreticis ſemel baptizati ſunt, de quo dogmate nihil diſertè expreſsit ſcriptura canonica) canonicarum authoritatem certiſsimam ſcripturarum, cum hoc facimus quod vniuerſæ iam placuit eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quando ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat. Sicut igitur ipſa diuina ſcriptura non agnoſcitur ſacra eſſe & diuina: niſi quia ita traditum eſt ipſi eccleſiæ per Apoſtolos: ita non pauca dogmata præſertim quæ ad ſacramentorū myſteria pertinēt, nō ſcripto ſed Apoſtolica traditione per ſucceſsionē Epiſcoporū retinet eccleſia: & retinēda fidelibus tradit. Ad quod genus pertinet Chriſmatis vſus, quem vetuſtiſ-

Auguſtinus lib. 4 cōtra donatiſtas cap. 24. Lib. 2 cōtra Creſcōnium cap. 31. & ſequentibus, & lib de vnitate Eccleſiæ.

tustißimum esse, & per omnes totius orbis ecclesias summa consensione & religione obseruatum esse constat: sicut & exorcismum & exufflationem, & abrenuntiationẽ diaboli in baptismo. De quibus mysticis obseruationibus nihil traditũ legitur in scriptura Apostolica.

Quod verò Paulus dicit: Scripturam diuinitus inspiratam, vtilem esse ad arguendum, ad docendum, ad corripiendũ, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus: nõ eò pertinet, vt doceat, omnẽ de religione doctrinam esse in sacris literis plenè cõprehensam: etenim Paulo ita ad Timotheũ scribẽte, nulla alia scriptura sacra extabat quàm prophetarum. quare non potuit sanè Paulus scribere, quòd in eorum literis omnia religionis dogmata disertè continerentur, ab eisq; desumi possent: alioqui cur & Timotheum, & Ecclesias ad quas scribit, hortaretur, vt immobiles perstarent in eo quod ab ipso didicissent & audissent, non autem quod ab eo scriptum accepissent. Sententia itaque Pauli est: Quòd etiam prophetica scriptura, ei qui fide recta, de Christiana religione imbutus est, vtilis est, ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iustitia, vt tandem perfici poßit homo, & ad omne opus bonum instrui, non harum scripturarum solo præsidio, sed

2. Tim. 3.
2. Ad Timoth. 2.
2. Ad Theſſ. 2.
Act. 16.

præsidio

præſidio fidei, qua religionis doctrina iam probè & diſertè teneretur. Vnde dicit Paulus: Tu verò permane in his quæ didiciſti, & quæ credita ſunt tibi: ſciens à quo didiciſti, & quòd ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem. Vides Apoſtolum coniungere cũ ſacris literis Propheticis etiam ea quæ didicerat Timotheus à Paulo præceptore.

2. Ad Timoth. 3.

Trium Conciliorum primorum, Nicæni, Conſtantinopolitani, & Epheſini authoritatem recipiunt: at reliquis Concilijs poſtea in Eccleſia habitis fidem indubitatam adhibendam non putãt: Certè D. ille Gregorius magnus diſertè profitetur, & cum eo vniuerſa Chriſti Eccleſia, ſe quatuor Concilia tanquam ſacrum euangelium venerari & ſuſpicere. Et ſanctiſsimus ille & doctiſsimus Leo primus, ad Leonem Auguſtum de Chalcedonenſi concilio (quod iſti repudiant) diſertè pronunciat: Non ſunt, inquit, omnino inter Catholicos computandi qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel ſancti Chalcedonenſis Concilij regulas non ſequuntur, cùm vtrorunque ſancta decreta ex Euangelio & Apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire. Et profectò qua ratione prima illa tria Concilia fidem merentur, eadem compellit, vt & reliquis legitimis generalibus Synodis fides adhibeatur. Promiſsio enim

D. Greg. primus li. 1. ep. c. 24 lib. 2. c. 45 lib. 3. c. 33.

Epiſt. 78.

illa

illa Christi: Alium paracletum dabo vobis, & manebit vobiscum in æternum. Item: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Item: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Non minus pertinent ad alia quæuis legitima concilia quàm ad prima illa. Ioan.16. Math.28. Math.16.

Porrò dubium non est, quin à Spiritus sancti perpetua gubernatione & certa directione authoritas Conciliorum dependeat. Sed facile est aduertere, quam ob causam quarto illi Concilio Chalcedonensi authoritatem non tribuant: ne videlicet eius authoritate compellantur agnoscere Ecclesiæ Romanæ Episcopi prærogatiuam dignitatem, & supra alios Episcopos præeminentiam; quæ disertissimè in eo Concilio agnita fuit, & cõprobata.

Quòd postremò ingẽs & ineffabile Dei beneficium in eo agnoscunt & deprædicant, quòd hoc tẽpore per vltimũ Heliam Lutherum, verã religionem instaurauit, horrẽda cæcitas est, & manifestũ reprobi sensus, iræq́ Dei iudicium, quo secundũ Apostoli sententiã, ĳs qui veritatẽ recipere pertinaciter nolũt, vt salui fiant, mittit Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio, & in tantam tãdem præcipitentur cæcitatẽ, vt deceptionem pro summo Dei beneficio amplectantur. 2.Thes.2.

 In quos

Eſaiæ 6. *In quos illud Prophetæ competere videmus: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & cõuertatur, & ſanem eum. Eiuſmodi cæcitatem olim etiam Cyprianus deplorauit in ſui temporis hæreticis: Vidẽs, inquit, diabolus idola derelicta, ſedes ſuas aut templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos, hæreſes inuenit et ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dum ſibi approquinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum Euangelio non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent: & ambulantes in tenebris, habere ſe lumen exiſtimẽt: blandiente aduerſario atq; fallente, qui ſecundũ Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut Angelum Lucis & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, Antichriſtum pro vocabulo Chriſti.*

In lib. de ſimp præ. lat. ſiue de vnitat. eccleſiæ.

Porrò Magiſtrum ſuum Lutherum, quàm rectè & verè Heliam eſſe prædicant, eúmque vltimum per quem reſtituenda prædicta ſunt omnia, vel ex eo ſolo cognoſci clariſſimè poteſt, Malach. 4 Lucæ 1.

quòd

quòd cùm Heliæ officium in scripturis describatur esse, conuertere corda patrũ ad filios, & corda filiorum ad patres; quod est interprete D. Hierònymo, aberrantium filiorum corda, ad prudentiã, & fidelium patrum fidem & iustitiam reuocare: Lutherus contrà comperitur id vnico studio egisse, vt sanctorum & antiquorum patrum institutionẽ posteri negligant, reijciant, contemnant, atq; ad suam solius nouitiam doctrinam attenti sint. quod non est cor filiorum ad patrum prudentiam conuertere, sed magis auertere & auocare. Quare hac appellatione magis fœdatum esse nomen Lutheri, quàm ornatum, liberè scribit Caluinus: Et si maximè, inquit, esset concedendum Luthero nomen Heliæ, sacrilegæ tamen temeritatis est, asserere vltimum Heliam: quasi non possit Deus vel parem, vel præstantiorem post eum mittere. Intelligis facilè, prudens lector, quid Caluinum quoque vrat. Sed de his prolixius in capite vltimo de Antichristo.

D. Hieronymus in commẽtario in Malachiã

II. De Deo.

H*OC cap. quo vnicam in Deo essentiam, ac tres personas, ac personarum consubstantialitatem, & coæternitatem confitentur: tanquam catholicæ fidei consentaneum, libenter approbamus.*

III. De peccato originali, & libero arbitrio.

QVod de vitio in renatis permanente hic ſcribitur : Quin etiã in renatis, quicquid adhuc de vetere Adam supereſt, id totum eſſe Deo inimicum, ac contra Deum militans, *cum Pauli ſententia congruere confitemur : Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Item : Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Verùm vtrum hæc pugna vitioſa carnis aduerſus ſpiritum, habeat in renatis veram peccati rationem, id taceri miramur, cùm vniuerſa Confeſsioniſtarum ſchola doceat, vitioſam concupiſcentiam in renatis reliquam, veram habere peccati rationem, quamuis propter gratiam in baptiſmo factam non imputetur. Quam ſententiam Catholici conſtanter confutant, ex eo quòd baptiſmus confertur in veram remiſsionem & expurgationem peccatorum, & non tantùm ad non imputationem, authore Apoſtolo: Nihil igitur damnationis eſt in renatis, qui non ſecundum carnem ambulant : hoc eſt, non ſolùm nihil, quod eos damnet per imputationem peccati ad damnationem: ſed etiam nihil in eis remanet, ob quod damnabiles in veritate ſint, aut dãnari poſsint per Dei iuſtitiam.*

Ad Ro. 7. Ad Gal. 5. Ad Ro. 8.

Dam-

Damnant quoque impiam(vt dicunt)Synergiam, hoc est, cooperationem liberi arbitrij. Et vt intelligi posit, quid sub tribus illis verbis velint, dicunt se dānare eam Synergiam, quæ est in Concilio Tridentino confirmata. Canon verò Cōcilij Tridentini sic habet: Si quis dixerit hominis liberum arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quiddam nihil posse agere, meréque passiuè se habere, Anathema sit. Sesion. 6 Canon. 4.

Primùm, hîc Lector admonendus est, quàm bonæ fidei sint isti Magistri, qui cùm passim in sua Confessione profiteantur, se Augustanæ Cōfessioni assentiri, doctrinam tradunt de libero arbitrio prorsus diuersam, imò Confessioni Augustanæ contrariàm. Sic enim habet Confessionis articulus decimus octauus: De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquā libertatem ad efficiendam ciuilē iustitiam, & deligendas res rationi subiectas: sed non habet vim sine Spiritu sancto efficiendæ iustitiæ spiritualis, quia Paulus dicit: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Et Christus: Sine me nihil potestis facere. Effi- Dissentiunt in ar. 18. ab Augustana cōfessione. 1. Cor. 2. Ioan. 15.

¶ Norma veritatis.

REgulam veritatis, eius quæ ad religionem diuinã pertinet, non eſſe ſolum verbum Dei, in ſacris literis veteris & noui teſtamenti comprehenſum cum tribus ſymbolis, Apoſtolico, Nicæno, & Athanaſiano, & tribus ſequentibus & principalibus Concilijs (quod hîc tanquam caput & baſis totius Confeſsionis conſtituitur) id liquidò demonſtratur: primùm ex eo, quòd non niſi Eccleſiaſtica traditione, ſine vllo ſcripto agnoſcitur, quod ſit verum Dei verbũ: Deinde ex eo, quòd de verbi in libris veteris & noui Teſtamenti ſcripti vera intelligentia, non rarò in quæſtionibus ad religionem pertinentibus controuerſia incidere conſueuit: in qua controuerſia ad rectam intelligentiam ſtatuendam, aliam certè regulam, quàm verbum ſcriptũ conſulere neceſſe eſt. Rectè igitur Patres tradiderunt, verbo ſcripto addendam catholicam & eccleſiaſticam traditionem, ex eaq; certam intelligentiam ſumendam, quoties ſcripturæ verba in varias ſententias ab impijs & imperitis hominibus diſtraherentur. Qua de re extat memorabilis doctrina Apud S. Irenæũ Martyrem, & Vincentium Lirinenſem, & celebratur meritò illa D. Clementis ſententia: Sunt, inquientis, in ſcripturis

Lib. 3. ca. 3. & li. 4. cap. 41. li. 1 recognitionũ.

pturis diuinis multa, quæ trahi possunt ad sensum quem sibi quisq; præsumit, & ideo oportet intelligentiam scripturarum ab eo discere, qui eam à maioribus sibi traditam seruat. Vides regulam & amußim veritatis circa religionis dogmata, non tam scriptum verbum, quàm traditionem à maioribus acceptam esse. Celebratur & illa Tertulliani sententia: Non ad scripturas prouocandum esse, nec in ijs aduersus hæreticos constituendum certamen, in quibus aut incerta, aut parum certa est victoria: sed ad traditionem Apostolicarum Ecclesiarum confugiendum. Deinde & hoc quoque manifestum est, quòd non hoc Apostolorum in Epistolis conscribendis institutum fuit, vt totam fidei doctrinam in eis exponerent, cùm certa tantùm quædam dogmata pro oblata scribendi occasione in singulis epistolis tractata, liquidò cernantur. Sed hoc eis studio fuit, vt quæstiones in ecclesijs, ad quas scribebant, subortas explicarent, aut vitæ rationem præscriberent, denique ad patientiam & stabilitatem in accepta semel doctrina eos exhortarentur. Quod liquidò Apostolus ipse testatur, scribens Thessalonicensibus: Tenete (inquiens) traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per Epistolam nostram. 1. Cor. 11. *item: Cætera cùm venero, disponam. Item: Quæ audisti per multos testes à me, hæc com-*

Tertullianus de præscrip. hæreticorum.

2. Thes. 2.

2. Tim. 2.

commenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt & alios docere.& : Tu verò permane in his quæ didiciſti,& credita ſunt tibi.Celebratur meritò illa magni Baſilÿ ſententia:Dogmata, inquiẽtis, quæ in Eccleſia ſeruantur & prædicantur,partim ex conſcripta doctrina habemus,partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata, in myſterio recepimus. Quæ vtraq; eãdem ad pietatem vim habent,& nemo his contradicit, qui vel modicã ſaltem eccleſiaſticorum iurium experiẽtiam habet.Si enim aggrederemur, non ſcripto proditas conſuetudines, velut non magnam vim habentes reÿcere, imprudentes etiam ipſis principalibus Euangelÿ partibus damnũ inferremus: imo potius ipſam Euãgelÿ prædicationem ad nudum nomen contraheremus. velut verbi gratia: vt eius quod primum & communiſsimum eſt,primã mentionem faciam: figura crucis ſignare eos,qui in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habent,quis ſcripto docuit? Ad Orientem conuerſos eſſe nos dum oramus, quæ figura nos docuit? Inuocationis verba,dum oſtenditur Euchariſtia,& poculum benedictionis,quis Sanctorũ ſcripto nobis reliquit? Non enim his contenti ſumus,quorum Apoſtolus aut Euangelium mẽtionem fecit, ſed & antè & pòſt, alia quædam dicimus, velut magnum robur ad myſteriũ habentia, ex doctris na ſcripto

2.Tim. 3.

Cap. 27. de ſpirit. ſancto.

Euchariſtia oſtẽſa ad adorãdum.

na ſcripto non prodita aſſumpta. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleũ vnctionis, inſuperq́; ipſum qui baptizatur: ex quibus ſcriptis? nónne à tacita & arcana eruditione? ipſam verò olei illitionem quæ doctrina ſcripta docuit? At ter immergi hominem, vnde eſt? Reliqua item quæ circa baptiſmum fiunt, Renunciare Sathanæ & angelis eius, ex qua ſunt ſcriptura? nónne ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minimè curioſo ac ſolicito ſilentio patres noſtri conſeruârunt? Rectè illi, vtpote edocti myſteriorum reuerentiam ac authoritatem ſilentio cuſtodiri. Cum Baſilio prorſus conſentit doctiſsimus ille Ioannes Chryſoſtomus, interpretans illa Pauli verba: Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam. Hinc patet, inquit, quòd non omnia per epiſtolam tradiderunt Apoſtoli, ſed multa etiam ſine literis. Eadem verò fide digna ſunt tam iſta, quàm illa. Itaque traditionem quoque Eccleſiæ fide dignam putamus. Traditio eſt, nihil quæras amplius. Quam ſentẽtiam apud Dionyſiũ quoque Areopagitam, Apoſtoli Pauli diſcipulum, in fine Eccleſiaſticæ Hierarchiæ videre licet. Et illuſtris admodum eſt illa eiuſdem ſententia in primo capite eiuſdẽ libri: Subſtantia ſacerdotij, ſcriptura ſacra eſt nobis diuinitus tradita. Porrò huiuſmodi plena venerationis

2. Theſſ. 2

In epiſt. 2 ad Theſſ. 2. Hom. 2.

Dionyſi' Areopagita.

rationis eloquia dicimus, quæ à beatiſsimis patribus neſtris, à quibus ſacris myſteriys imbuti ſumus, in ſanctis ac theologicis commendata ſunt libris, & quæ ab iyſdem ſanctiſsimis viris, ſacratiore & purgatiore, & propinqua quodammodo cœleſti Hierarchiæ doctrina ſancti duces et præceptores noſtri didicerunt, & ex animo in animum ſine literis transfuſa ſunt. Eodem pertinet inſignis illa D. Aug. ſententia: Sequimur ſanè in hac re (hoc eſt, in quæſtione & dogmate de nõ baptizandis iys qui ab hæreticis ſemel baptizati ſunt, de quo dogmate nihil diſertè expreſsit ſcriptura canonica) canonicarum authoritatem certiſsimam ſcripturarum, cum hoc facimus quod vniuerſæ iam placuit eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quando ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat. Sicut igitur ipſa diuina ſcriptura non agnoſcitur ſacra eſſe & diuina, niſi quia ita traditum eſt ipſi eccleſiæ per Apoſtolos: ita non pauca dogmata, præſertim quæ ad ſacramentorũ myſteria pertinẽt, nõ ſcripto, ſed Apoſtolica traditione per ſucceſsionẽ Epiſcoporũ retinet eccleſia, & retinẽda fidelibus tradit. Ad quod genus pertinet Chriſmatis vſus, quem vetuſtiſ-

Auguſtinus lib. 4 cõtra donatiſtas cap. 24. Lib. 2 cõtra Creſcõnium cap. 31. & ſequentibus, & lib. de vnitate Eccleſiæ.

iustissimum esse, & per omnes totius orbis ecclesias summa consensione & religione obseruatum esse constat: sicut & exorcismum & exufflationem, & abrenuntiationē diaboli in baptismo. De quibus mysticis obseruationibus nihil traditū legitur in scriptura Apostolica.

Quod verò Paulus dicit: Scripturam diuinitus inspiratam, vtilem esse ad arguendum, ad docendum, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus: nō eò pertinet, vt doceat, omnē de religione doctrinam esse in sacris literis plenè cōprehensam: etenim Paulo ita ad Timotheū scribēte, nulla alia scriptura sacra extabat quàm prophetarum. quare non potuit sanè Paulus scribere, quòd in eorum literis omnia religionis dogmata disertè continerentur, ab eisq; desumi possent: alioqui cur & Timotheum, & Ecclesias ad quas scribit, hortaretur, vt immobiles perstarent in eo quod ab ipso didicissent & audissent, non autem quod ab eo scriptum accepissent. Sententia itaque Pauli est: Quòd etiam prophetica scriptura, ei qui fide recta, de Christiana religione imbutus est, vtilis est, ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iustitia, vt tandem perfici possit homo, & ad omne opus bonum instrui, non harum scripturarum solo præsidio, sed præsidio

2. Tim. 3.

2. Ad Timoth. 2. 2. Ad Thess. 2. Act. 16.

præſidio fidei, quæ religionis doctrina iam probè & diſertè teneretur. Vnde dicit Paulus: Tu verò permane in his quæ didiciſti, & quæ credita ſunt tibi: ſciens à quo didiciſti, & quòd ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem. Vides Apoſtolum coniungere cũ ſacris literis Propheticis etiam ea quæ didicerat Timotheus à Paulo præceptore.

2. Ad Timoth. 3.

Trium Conciliorum primorum, Nicæni, Conſtantinopolitani, & Epheſini authoritatem recipiunt: at reliquis Concilijs poſtea in Eccleſia habitis fidem indubitatam adhibendam non putãt. Certè D. ille Gregorius magnus diſertè profitetur, & cum eo vniuerſa Chriſti Eccleſia, ſe quatuor Concilia tanquam ſacrum euangelium venerari & ſuſpicere. Et ſanctiſsimus ille & doctiſsimus Leo primus, ad Leonem Auguſtum de Chalcedonenſi concilio (quod iſti repudiant) diſertè pronunciat: Non ſunt, inquit, omnino inter Catholicos computandi qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel ſancti Chalcedonenſis Concilij regulas non ſequuntur, cùm vtrorunque ſancta decreta ex Euangelio & Apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire. Et profectò qua ratione prima illa tria Concilia fidem merentur, eadem compellit, vt & reliquis legitimis generalibus Synodis fides adhibeatur. Promiſsio enim

D. Greg. primus li. 1. ep. c. 24 lib. 2. c. 49 lib 3. c. 33.

Epiſt. 78.

illa

illa Christi: Alium paracletum dabo vobis, & manebit vobiscum in æternum. Item: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Item: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Non minus pertinent ad alia quæuis legitima concilia quàm ad prima illa. Ioan.16. Math.28. Math.16.

Porrò dubium non est, quin à Spiritus sancti perpetua gubernatione & certa directione authoritas Conciliorum dependeat. Sed facile est aduertere, quam ob causam quarto illi Concilio Chalcedonensi authoritatem non tribuant: ne videlicet eius authoritate compellantur agnoscere Ecclesiæ Romanæ Episcopi prærogatiuam dignitatem, & supra alios Episcopos præeminentiam; quæ disertissimè in eo Concilio agnita fuit, & cõprobata.

Quòd postremò ingẽs & ineffabile Dei beneficium in eo agnoscunt & deprædicant, quòd hoc tẽpore per vltimũ Heliam Lutherum, verã religionem instaurauit, horrẽda cæcitas est, & manifestũ reprobi sensus, iræq; Dei indicium, quo secundũ Apostoli sententiã, ijs qui veritatẽ recipere pertinaciter nolũt, vt salui fiant, mittit Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio, & in tantam tãdem præcipitentur cæcitatẽ, vt deceptionem pro summo Dei beneficio amplectantur. 2.Thes.2.

 In quos

Esaiæ 6. *In quos illud Prophetæ competere videmus: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur, & sanem eum. Eiusmodi cæcitatem olim etiam Cyprianus deplorauit in sui temporis hæreticis: Vidēs, inquit, diabolus idola derelicta, sedes suas aut templa deserta, excogitauit nouam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos, hæreses inuenit et schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet vnitatem. Rapit de ipsa Ecclesia homines, & dum sibi approquinquasse iam lumini, atque euasisse seculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, vt cum Euangelio non stantes, Christianos se vocent: & ambulantes in tenebris, habere se lumen existimēt: blandiente aduersario atq; fallente, qui secundū Apostoli vocem transfigurat se velut Angelum Lucis & ministros subornat suos, velut ministros iustitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, Antichristum pro vocabulo Christi.*

In lib. de simp præ. lat. siue de vnitat. ecclesiæ.

Porrò Magistrum suum Lutherum, quàm rectè & verè Heliam esse prædicant, eúmque vltimum per quem restituenda prædicta sunt omnia, vel ex eo solo cognosci clarissimè potest, quòd

Malach. 4
Lucæ 1.

quòd cùm Heliæ officium in scripturis describatur esse, conuertere corda patrũ ad filios, & corda filiorum ad patres; quod est interprete D. Hieronymo, aberrantium filiorum corda, ad prudentiũ, & fidelium patrum fidem & iustitiam reuocare: Lutherus contrà comperitur id vnico studio egisse, vt sanctorum & antiquorum patrum institutionẽ posteri negligant, reijciant, contemnant, atq; ad suam solius nouitiam doctrinam attenti sint. quod non est cor filiorum ad patrum prudentiam conuertere, sed magis auertere & auocare. Quare hac appellatione magis fœdatum esse nomen Lutheri, quàm ornatum, liberè scribit Caluinus: Et si maximè, inquit, esset concedendum Luthero nomen Heliæ, sacrilegæ tamen temeritatis est, asserere vltimum Heliam: quasi non possit Deus vel parem, vel præstantiorem post eum mittere. Intelligis facilè, prudens lector, quid Caluinum quoque vrat. Sed de his prolixius in capite vltimo de Antichristo.

D. Hieronymus in commẽtario in Malachiã

II. De Deo.

HOC cap. quo *vnicam in Deo essentiam, ac tres personas, ac personarum consubstantialitatem, & coæternitatem confitentur: tanquàm catholicæ fidei consentaneum, libenter approbamus.*

III. De peccato originali, & libero arbitrio.

QVod de vitio in renatis permanente hîc ſcribitur: Quin etiã in renatis, quicquid adhuc de vetere Adam ſupereſt, id totum eſſe Deo inimicum, ac contra Deum militans, *cum Pauli ſententia congruere confitemur: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati. Item: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Verùm vtrum hæc pugna vitioſa carnis aduerſus ſpiritum, habeat in renatis veram peccati rationem, id taceri miramur, cùm vniuerſa Confeſsioniſtarum ſchola doceat, vitioſam concupiſcentiam in renatis reliquam, veram habere peccati rationem, quamuis propter gratiam in baptiſmo factam non imputetur. Quam ſententiam Catholici conſtanter confutant, ex eo quòd baptiſmus confertur in veram remiſsionem & expurgationem peccatorum, & non tantùm ad non imputationem, authore Apoſtolo: Nihil igitur damnationis eſt in renatis, qui non ſecundum carnem ambulant: hoc eſt, non ſolùm nihil, quod eos damnet per imputationem peccati ad damnationem: ſed etiam nihil in eis remanet, ob quod damnabiles in veritate ſint, aut dãnari poſsint per Dei iuſtitiam.*

Ad Ro. 7.
Ad Gal. 5.
Ad Ro. 8.

Damnant quoque impiam(vt dicunt)Synergiam,hoc eſt,cooperationem liberi arbitrij. Et vt intelligi poſsit, quid ſub tribus illis verbis velint,dicunt ſe dãnare eam Synergiam, quæ eſt in Concilio Tridentino confirmata. Canon verò Cõcilij Tridentini ſic habet: Si quis dixerit hominis liberum arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari,aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quiddam nihil poſſe agere,meréque paſsiuè ſe habere, Anathema ſit. Seſsion. 6 Canon. 4.

Primùm,hîc Lector admonendus eſt, quàm bonæ fidei ſint iſti Magiſtri, qui cùm paſsim in ſua Confeſsione profiteantur, ſe Auguſtanæ Cõfeſsioni aſſentiri, doctrinam tradunt de libero arbitrio prorſus diuerſam,imò Confeſsioni Auguſtanæ contrariam. Sic enim habet Confeſsionis articulus decimus octauus: De libero arbitrio docent,quod humana voluntas habeat aliquã libertatem ad efficiendam ciuilẽ iuſtitiam, & deligendas res rationi ſubiectas: ſed non habet vim ſine Spiritu ſancto efficiendæ iuſtitiæ ſpiritualis,quia Paulus dicit: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Et Chriſtus: Sine me nihil poteſtis facere. Efficitur

Diſſentiunt in ar. 18. ab Auguſtana cõfeſsione.

1. Cor. 2. Ioan. 15.

citur autem ſpiritualis iuſtitia in nobis, cùm adiuuamur à Spiritu ſancto. *An non ijs verbis, quibus dicitur, ad efficiendam ſpiritualem iuſtitiam nos adiuuari à Spiritu ſancto, palàm docetur, liberi arbitrij in efficienda iuſtitia, Synergia & cooperatio? Non enim verè adiuuari dicitur ab alio, niſi qui ipſe aliquid operatur, vt rectè alicubi argumentatur Auguſtinus.*

Aug. de gratia & lib. arbit. cap. 18.

Vides, lector, diuerſam eſſe in hoc articulo confeſſionem horum Magiſtrorum à Confeſſione Auguſtana, & eos, vbi eis viſum fuerit, propriam ſubſtituere. Quin & ipſe Paulus diſertè nomine Synergiæ vtitur: Nam vbi nos legimus ad Corinthios, Dei adiutores ſumus: Græcis eſt συνεργοί. *Ne, inquit Auguſtinus, putetur impios homines nihil in operibus ad pietatem & religionem pertinentibus per liberum arbitrium facere, ideò in Pſalmo dicitur: Nolite obdurare corda veſtra. Et per Ezechielem: Proijcite à vobis omnes impietates veſtras, quas impiè egiſtis in me, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: conuertimini, & viuetis. Meminerimus (inquit Auguſtinus) Deum dicere hominibus: Conuertimini, & viuetis; ſed cui dicitur viciſſim ab hominibus: conuerte nos Deus; meminerimus Deum dicere: Proijcite à vobis impietates veſtras, cùm ipſe iuſtificet impium, & ca-*

1. Cor. 3.

Aug de gratia & lib. arbit. cap. 16.

Pſal 49.

Ezech. 18.

ibidem.

& cætera quæ in eandem sententiam sequuntur.

Catholica igitur est & syncera Concilij Tridentini doctrina in cap. 5. sextæ Sessionis: In sacris literis cùm dicitur: conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos libertatis nostræ, hoc est, liberæ cooperationis admonemur. Cùm respondemus: Conuerte nos Domine, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Zacha. 1. Psal. 84.

Quod postremò scribunt à Pelagio & Pelagij sectatoribus doctrinam de cooperatione liberi arbitrij excogitatam: aut ignorant, aut verius ignorare se simulant, quænam fuerit Pelagij doctrina de cooperatione liberi arbitrij. Quam discere licet ex Augustino, libro de gratia & libero arbitrio. Metuendum est (inquit) ne ista omnia diuina testimonia, quibus ipsa conuenitur humana voluntas, in defensionem liberi arbitrij sic intelligantur, vt ad vitam piam, & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratiæ Dei locus non relinquatur. Talis est hæresis Pelagiana, non antiqua, sed ante non multum tempus exorta. Aug lib. de lib arbit cap. 4.

Hoc igitur est quod docebat Pelagius: gratiam Dei, secundùm merita nostra dari: hoc est, secundùm operationem liberi arbitrij sine gratia Dei, & Spiritus sancti adiutorio, per vi-

res liberi arbitrij: & liberi arbitrij operationem propriam ad salutem concurrere, simul cum propria gratiæ operatione. Atque ideo duas causas separatas in opere salutis constituebat, liberum arbitrium, & gratiam Dei. Quæ doctrina meritò damnata est. Atque hoc est quod docet Prosper: In lapso homine manere voluntatem, qua amet semper aliquid, sed eam ad vana semper ferri, nisi gratia Dei sanet liberũ arbitriũ, per quod sanatum (simul iam cum gratia) operetur ea quæ ad salutem conducant.

Prosper de ingratis. Itē de vocatione gentiũ li.7.c.7.

Hic, obsecro, expendat prudens lector, an tutum sit, æternæ suæ salutis causam nouis istis Magistris committere. Qui, quũ Apostolus Paulus clarissimè scribat, vt cum timore & tremore fideles operentur suam salutem, docere audent, cooperationem liberi arbitrij siue humanæ volũtatis, in opere salutis, pertinere ad Pelagij hæresim: & in opere salutis, hominis nullam esse cooperationem.

ad Phil. 2

IIII. De incarnatione filij Dei, & redemptione hominis.


QVòd hic dicitur de vnico capite & vnico sacerdote, à patre in Ecclesia constituto, deq́; vnico sacrificio, infrà discutiendum erit. De sessione quoque Christi ad dexteram patris:

tris: Item de ascensione Christi in cœlum, infrà prolixè scribitur. Ibi ergo examinabitur noua & commentitia doctrina de ascensione Christi in cœlum, & sessione ad dexteram patris.

De fide iustificante.

Q*Va de fide iustificante docentur in hoc capite, excutientur commodius in sequenti cap. de Iustificatione: Verùm quòd cum Anabaptistis, & Swenckfeldianis, & Enthusiastis damnant Catholicos, quos odiosè appellant Papistas, quasi doceant homines credere in Deum sine verbo Dei per humanas doctrinas, mera calumnia est. Sciunt enim Catholici scriptum esse: Quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominũ, sed sicuti est, verè verbum Dei, qui operatur in vobis. Item: Fides ex auditu est, auditus autẽ per verbum Dei: sed hoc ingenuè confitentur Catholici, verbum Dei, quo fides nititur, non esse solum verbum scriptum literis, sed generaliter verbũ Dei prædicatum, aut reuelatum, siue scriptum sit, siue sine scripto traditum.* 1.Thess.2. Rom.10.

Similis quoque calumnia est in eo, quòd dicũt Papistas docere homines colere Deum sine verbo Dei, secundùm doctrinas & mandata hominum. Constanter enim docent catholici, omnem cultum



cultum Dei qui ab hominibus excogitatus est contra verbum Dei, aut qui ad pietatem inutilis est, nec verbo Dei consentaneus, esse improbandum: atque talem cultum à Christo improbari,
Math. 15. *dum dixit: Frustra colitis me mandatis & doctrinis hominum. Verùm hoc quoque ingenuè profitentur, se agnoscere cultum Dei, & approbare pro Dei cultu, non solùm illum, qui verbo Dei scripto disertè exprimitur, sed etiã eum qui non est scriptus, modò verbo scripto sit consentaneus.*
Gen. 4. *Quod de cultu, quo Abel Deum coluit: Item, quo*
Hiere. 35 *Rechabitæ Deo seruierunt, & similibus, postea ostendetur in capite de Cæremonijs.*

VI. De Iustificatione.

Doctrina hoc cap. prolixè tradita, duobus capitibus comprehendi potest.

1. Quid sit iustitia, qua coram Deo iustificamur.

2. Qua ratione iustificamur coram Deo.

Quorum postremum tribus sententijs absoluũt.

Prima, Sola imputatione iustitiæ Christi iustificamur coram Deo.

Secunda Sola Christi iustitia, iustificamur coram Deo, nec iustitiæ admiscendæ sunt aliquæ aliæ virtutes.

Tertia,

Tertia, Per solam fidem Christi iustitiam imputatitiam apprehendimus.

Quod ad prius igitur caput pertinet, quanam sit illa iustitia, qua coram Deo iusti sumus, docet Confessio iustitiam nostram, qua coram Deo iusti sumus, esse obedientiam Christi, qua patri suo cœlesti vsque ad mortem obediens fuit. Item passionem, mortem, ac resurrectionem Christi, secundùm scripturas. Ioannis. 16. Ad Galathas 2. ad Romanos 3. 4. 5. & 8. Hoc prius examinemus, ac diligenter propositas scripturas excutiamus.

Primùm igitur confitemur nos quoque, illam promptissimam Christi obedientiam esse verissimam, perfectissimam, & absolutissimam iustitiā, secundùm illud Apostoli: Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Eandem enim rem, modò iustitiam, modò obedientiam Christi vocat. Confitemur & illud ex eadem Apostoli sententia, per iustitiam siue obedientiam Christi, iustos constitui multos, hoc est, iustificatos multos: hoc est, omnes quotquot iustificantur, non nisi Rom. 5.

niſi per obeditionem & iuſtitiam Chriſti iuſti-ficari: ſicut per vnius inobedientiam, peccatores conſtituti ſunt multi. Verùm illud negamus, iuſtitiam & obedientiam Chriſti, eſſe cauſam qua formaliter iuſti ſumus. Sicut manifeſtum eſt, delictum & inobedientiam Adæ non eſſe formalem cauſam, qua poſteri ab eo ſecundùm carnem propagati ſunt peccatores. Non enim inobedientia Adæ, quæ intra voluntatem Adæ continetur, & eius perſonam non egreditur: ſed praua concupiſcentia, & deprauatio naturæ, ab eo per carnalem propagationem, in poſteros transfuſa, eos formaliter, verè, & intrinſecè peccatores cõſtituit. Collatio igitur illa valde illuſtris, quam Apoſt. in cap. 5. ad Romanos facit inter primum Adam, corruptionis & iniuſtitiæ authorem, & propagatorem: & ſecundum Adam Chriſtum iuſtitiæ authorem: perſpicuè docet, quòd eo modo Chriſtus per ſuam iuſtitiam, & obedientiam ex ſe renatos iuſtificat, quo modo primus Adam per ſuam iniuſtitiam, & inobedientiam, peccatores fecit omnes ex ſe per carnis generationem propagatos. Sicut igitur primus Adam, per ſuam iniuſtitiam & inobedientiam, cauſa tantùm fuit, per quam qui originem ab eo ducunt, contrahũt proprium quiſque peccatum, quo formaliter iniuſtus eſt & peccator: ita intelligendũ eſt, Chriſti iu-

Collatio illuſtris admodũ.

Vide Auguſt. lib. 1. de peccato. merit. & remiſ. cap. 9.

sti iustitiam & obedientiam, causam esse meritoriam, vt qui per fidem & fidei sacramenta ex Christo renascitur, à patre iustitiam accipiat, suā quisque propriam & internam, qua formaliter iustus sit, & iustitiam legis deinceps obedienter impleat.

2. Idem ex eo quoque intelligi potest, quod in eodem cap. scribitur: Gratiā Dei & donum, per gratiam vnius hominis Iesu Christi in plures abundasse, hoc est, gratuitum donum iustitiæ secundùm quod iusti constituuntur, per iustitiam vnius Iesu Christi in plures abundasse. Ad Roman. 5.

3. Augus. hoc, quod Paulus dicit: iustitiam Dei per fidem Iesu Christi, esse in omnes, & super omnes, exponit, cùm sexcētis locis alijs, tum eximiè in lib. de spiritu & litera: Non dixit, inquit, iustitia hominis, vel iustitia propriæ voluntatis: sed iustitia Dei, non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cùm hominem iustificat. Et rursum: Sicut (inquit) ista fides, Christi dicta est, non qua credit Christus, sed qua creditur in Christum: Sic & iustitia Dei, non qua iustus est Deus (vtrumque enim nostrū est) sed ideo Dei & Christi dicitur, quòd eius nobis largitate donatur. Et vt intelligas, quomodo nobis eius largitate donatur: quam (inquit) Deus per spiritum gratiæ credēti confert. Et cap. 19. Nemo, inquit, Ad. Roman. 3. De spiritu & litera cap. 9.

Christia-

Chriſtianorum ab hac fide, quæ ſola Chriſtiana eſt, recedat: neque vereatur dicere, non per noſipſos nos fieri iuſtos, ſed in nobis, hoc operante Dei gratia.

Vides diſertè docere Auguſtinum, Chriſtianam eſſe confeſsionem, nos fieri iuſtos coram Deo, per gratiã Dei operantem in nobis, propter Chriſti meritum & iuſtitiam: operantem, inquam, donũ iuſtitiæ. Et rurſus cap. 27. Iuſtificamur gratis per gratiã ipſius. Quà gratia in interiori homine renouato iuſtitia ſcribitur, quam culpa deleuerat.

Lib.1.ca.9 *Et clariſsimè de peccatorũ meritis aſtruit, quòd gratia Chriſti, illuminationem, iuſtificationémq; noſtram etiam intrinſecus operatur: quódque dat ſui ſpiritus occultiſsimam gratiam fidelibus, quos iuſtificat. Et rurſus: Iuſtificantur, inquit, in Chriſto qui credunt in eum, propter occultam cõmunicationem, & inſpirationem gratiæ ſpiritalis, qua quiſquis hæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Hanc quoque gratiam latenter infundit & paruulis, dum baptizantur, qui nondum credere poſſunt.*

Ex quibus teſtimonijs manifeſtiſsimũ eſt, catholicum doctorem Auguſt. intellexiſſe, ꝑ Chriſti iuſtitiam fideles iuſtificari, quia propter eius meritum donatur fidelibus donum gratiæ ſpiritalis, quo in ſemetipſis formaliter iuſti ſunt.

4. Cùm inobedientia Adæ constituerit nos intrinsecùs iniustos, & morti æternæ obnoxios, qui prius in eo eramus iusti, recti, & filij Dei, intelligendum est, quòd è diuerso iustificator & reparator noster Christus constituat nos per sua obedietiæ meritum, intrinsecùs rectos & iustos, saltem secundùm mentē & spiritū, etiamsi secundū corpus permaneamus corrupti, & mortales simus mortiq́ obnoxij. Quò fit, vt non solùm reputemur, & habeamur iusti, cùm tamē iusti in veritate non simus: sed reuera simus recti & iusti.

5. Est igitur iustitia, qua iustificamur per meritum Christi, internum gratiæ spiritualis donum, quod nos faciat iustos & rectos coram Deo, & mente promptos ad præstandā obedientiam mādatis eius. Quódnam aūt illud tandem sit, ex opposita Adæ iniustitia, qua mandato Dei sui inobediens, verè & in se intrinsecùs factus est iniustus & ex iustitia in qua creatus fuit potissimū secundū mentē, facilè intelligi potest. Sicut igitur Adam iustus & rectus creatus fuit, quia bonam & rectam voluntatem à Deo acceperat, qua secùndùm syncerā charitatem Deo adhærere, atq; eius mādatis obedire poterat; quam bonā voluntatem syncerámq; charitatem, per inobedientiā amisit: Ita iustitia quæ reparatur in homine, dum per Christum iustificatur, est donum gratiæ Aug. l. 14 de ciuitate Dei c. 7.

per

per S. sanctum, quo iterum eius voluntas efficitur subdita Deo, & ei per syncerum amorem adhærens, & ad mandatorum eius obedientiam prompta & valida: quod donum scriptura vocat charitatem. Admodum clarè id testatur Augustinus, dum scribit: gratiam qua iustificamur, esse qua charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum S. Item dum scripsit: gratiam illam quæ occultè & intrinsecus communicatur & inspiratur credentibus dum iustificantur, esse gratiæ donum, quo quis adhærens Deo vnius spiritus cum eo efficitur. Et apertissimè de natura & gratia: Charitas inchoata, inchoata iustitia est. Charitas prouecta prouecta iustitia est. Charitas magna, magna iustitia est. Charitas perfecta, perfecta iustitia est. Et ad Honoratum: Iustitia, inquit, Dei est, Charitas syncera & casto timore timens ne à gratia excidat. Hoc est quod Deus donat homini, cùm iustificat impium. Et rursus lib. 2. de peccatorum meritis: Illorum, inquit, primorum hominum iustitia fuit odedire Deo.

De gratia Christi capitè 30.

Lib. 1. de peccato. merit. c. 9

De natur. & gratia cap. vltimo.

Epist. 120

Lib. 2. de peccatorum meritis c. 23.

6. Quia autem per inobedientiam Adæ factus est homo non solùm in se prauus, & Deo cōtrarius, sed etiam iræ Dei & æternæ damnationi obnoxius, ex quibus malis sola misericordia Dei per gratiam Christi liberari & saluari potest:

test: Hoc quoque intelligendum est, quod dũ impius iustificatur, ei non solùm donum gratiæ, quo deinceps subditus Deo viuat, eiusq́ legi obediẽtiam syncerain præstet, sed etiam donum remissionis peccatorum, & liberationis à reatu æternæ damnationis per Christi gratiam & meritum donatur. Iustitia ergò, qua iustificatur impius per fidem, est donum gratuitæ remissionis peccatorũ, & simul donum gratiæ Spiritus S. secundũ quod factus est Deo subiectus, syncero amore ei adhærens, & eius mandatis obediens. Hoc Christus testatus est Iudæis: Sic (inquiens) Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et Augustinus docet, iustitiã hominis non in solo bono opere, sed etiam in remissione peccatorum positam.

Ioan. 3.

Lib 2. cõtra Iulian. c. 8. & lib. 10. de ciu. Dei cap 27.

Hactenus de priore cap. Quid sit iustitia, qua coram Deo iusti sumus. Et satis clarè demonstrauimus, iustitiam qua iustificamur, non esse Christi iustitiam, qua videlicet Christus ipse iustus est, sed esse donum quoddam, quod propter iustitiæ Christi & obedientiæ eius meritum, credentibus donatur. Nec aliud docent scripturæ propositæ ex Ioanne aut Paulo.

Nunc de secundo capite dicamus: quonã modo scilicet coram Deo iustificemur, quod caput

tribus sententijs absoluunt: Quarum primam esse diximus : Sola imputatione iustitiæ Christi iustificamur coram Deo. *Hanc igitur iam excutiamus.*

Quoniam Confeßio docet, iustitiam qua coram Deo iusti sumus, esse Christi iustitiam & obediētiam, quam constat in Christo esse, non in credēte: sanè grauis difficultas aduersus hanc doctrinam existit: Quomodo per Christi iustitiam, dici poßit homo iustificatus, aut iustus coram Deo. Nam cum Dei iudicium sit secundùm veritatē, non videtur admittere, quòd iustificatus & iustus coram Deo censeatur, qui in se & secundum veritatem rei iustus non sit. Vt igitur hæc difficultas explicari posset, excogitata est noua doctrina: homines, scilicet, iustificari coram Deo, non per internam aliquam iustitiam, aut donum gratiæ, aut per legis obedientiam, sed per imputationem, qua iustitia Christi imputatur credenti, tāquam ipsius credentis esset, per quam imputationem habeatur, censeatur, & etiam pronuncietur coram Deo iustus & iustificatus, cùm tamen secundùm veritatem & in se iustus non sit.

I. Commentitia hæc imputatio, primùm rationi prorsus repugnat. Non enim admittit naturalis ratio, vt propriè sapiens dicatur, qui sapientia præditus non sit: neq; bonus, qui bona voluntate

luntate caret, & bonum non operatur. Quomodo igitur fieri potest, vt iustus sit, qui interna iustitia præditus non est? Forma enim, secundùm dialecticos, non potest id, in quo non existit, verè, & propriè, & formaliter denominare.

2. *Est quoque contumeliosa in spiritum Christi. Cùm enim in scripturis diuinis, multis sanctis viris testimonium perhibeat Spiritus sanctus, quòd fuerint iusti coram Deo, conuincetur spiritus veritatis falsi testimonij, cùm illi iustitia præditi non sint in veritate, quibus iustitiæ testimonium dat Deus, & eos iustos appellat.*

3. *Catholicorum quoque Patrum doctrinæ hoc commẽtum planè aduersatur, quòd satis vna aut altera Augustini sententia ostensum putamus. Iustificamur (inquit) per internam illuminationem, fidei scilicet, & inspirationem gratiæ spiritalis; quæ faciat hominem Deum diligere deinceps, & implere legem. Item dum iustitiam & gratiam scribi dicit, per Spiritum, in interiore homine.* De peccatorum meritis. l. 1. cap. 9. De spiritu & lit. c. 9. 10. & 14.

Iam excutiamus probationes, quibus imputatitiam Iustitiam probant.

PRIMA PROBATIO.

Prima probatio à contrario sumpta est: Sicut Christus per solã imputationẽ nostræ; eo-

 tiusque

eiuſque mundi iniuſtitiæ, non per realem vllam vitiorum infuſionem factus eſt peccator, ſeu eſt iniuſtificatus, ita vt noſtræ iniuſtitiæ imputatio fuerit eius formalis iniuſtitia: Ita nos viciſsim eius iuſtitia propriè per imputatiuam aut tranſcriptitiam applicationem iuſtificamur, eaque ipſa imputata iuſtitia, formaliter iuſti coram Deo ſumus.

RESPONSIO.

Ad Ro. 8. 2. Ad Corinth. 5. Ad Gal. 3. *Si hæc comparatio contrariorum, inter Chriſtum qui factus eſt peccatum ſiue maledictũ pro nobis, & inter hominem iuſtificatum, diligenter conſideretur, perſpicuum erit nos iuſtificari formaliter, non per Chriſti iuſtitiam imputatam & tranſcriptam, ſed ꝑ iuſtitiæ Chriſti, tanquã cauſæ meritoriæ, aliquem effectum & donum nobis communicatum, & in nos transfuſum.*

Primùm igitur quod hîc dicitur, Chriſtũ per iniuſtitiam noſtram ipſi imputatam, fuiſſe formaliter iniuſtificatum, & peccatorem conſtitutum, ſine infuſione tamen vitiorum noſtrorum in ipſum, prorſus abſurdum eſt. Subiectum enim ſecundùm dialecticos formaliter forma aliqua affectum non dicitur, niſi forma ei realiter inſit & inhæreat. Non enim formaliter & propriè ſapiens anima dicitur, niſi ab inhærente ſapientia.

Chriſtus

Christus igitur à Paulo dicitur peccatum, non quòd ei insit peccatum, sed quia hostia est pro peccato expiando:& maledictum, quia maledictionem, quam peccatum meretur, in se suscipit. Sic quod dixit Esaias: Posuit in eo iniquitates omnium nostrûm, quomodo intelligi debeat, insinuat Esaias ipse, dum hoc explicans dicit: disciplina pacis nostræ super eum. Item: vulneratus est propter peccata nostra,& attritus est propter scelera nostra. Christus ergo in se suscepit nō iniustitiam nostram proprio sermone, sed iniustitiæ nostræ debitum, maledictionem, pœnam, & supplicium, cuius luendæ & persoluendæ nos per iniustitiam nostram, facti eramus rei, & debitores. cui persoluendæ cùm pares non essemus, ipse se fideiussorem & obsidem apud patrem constituit, qui pro nobis eum persolueret. 2. Corin. 5 Galath. 3. Esaiæ 53.

Porrò Christum hoc sensu esse peccatum & maledictum, haudquaquam significat eum fuisse formaliter peccatum aut iniustum. Ex quibus consequitur euidenter secundùm legem contrariorum: Quòd sicut Christus, non formaliter iniustitiam nostram in se suscepit, sed tamen iniustitiæ nostræ debitam pœnam, hoc est, iniustitiæ nostræ effectum & reatum: ita nos iustificemur formaliter, non per Christi iustitiam nobis imputatam, sed per effectum aliquem iustitiæ, nobis

merito iuſtitiæ eius, communicatum: quod eſt donum Spiritus ſancti, nos iuſtos formaliter, & rectos & dilectores legis faciens. Sic quod dicit

Rom. 12. *Apoſtolus: Induimini Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Itẽ: Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis,*

Ad Gal. 3. *Chriſtum induiſtis: Ipſemet ad Coloſſenſes, & ad*

Ad Ephe ſios. 4. *Epheſios, interpretatur eſſe induere nouam cõuerſationem in iuſtitia & veritate.*

Ad Coloſſ. 3.

SECVNDA PROBATIO.

TOTA ſcriptura clamat, noſtram iniuſtitiam eſſe debitum quoddam erga Deum, nempe debitum exoluendarum propter admiſſam inobedientiam pœnarũ. Eadem quoque ſcriptura teſtatur, hoc debitum tranſlatũ eſſe per imputationẽ in Chriſtum: igitur hæc Chriſti perſolutio pro nobis, eſt coram Deo noſtra iuſtitia qua iuſtificamur.

RESPONSIO.

Sicut iniuſtitia & inobedientia, nõ eſt ipſum debitum ſeu reatus pœnarum, ſed parit in nobis debitum ſiue reatum pœnarum, à iuſto Deo irrogandarum, quod debitum Chriſtus pro nobis, qui ſoluendo non eramus, miſericorditer ſuſcepit, & in ſe tranſtulit: Ita eius iuſtitia & obedientia, qua patri factus eſt obediens vſque ad mortem, & diſci-

& disciplinam paternæ iustitiæ voluntariè pro nobis sustinuit, promerita est apud patrem, vt liberi à debito, iustè & sanctè deinceps viuamus, & eius legibus obedientiam præstemus, donata nobis per Spiritum sanctum facultate & virtute, qua rectè viuere, & legi eius obedire valeamus. Non igitur persolutio debiti est nostra iustitia coram Deo, sed iustitia & sanctificatio, quæ merito obedientiæ Christi nobis donatur.

Quemadmodum quando captiuus ex aliqua seruitute liberatur, ipsa pretij persolutio ab alio facta in gratiam captiui, non est ipse libertatis status, in quem captiuus restituitur, sed est eius effectus, & ad persolutionem pretij comitatur. Et sicut persolutio pretij gratis transfertur in captiuum, & ei gratis applicatur: ita persolutio pœnarum à Christo pro nobis facta, gratis, & misericorditer nobis indignis & immeritis applicatur. Verùm non est ex eo cõsequens, quòd iustitia, qua coram Deo sumus iusti, & libertas rectè viuendi, in quam propter Christi meritum restituimur, sit illa ipsa persolutio Christi, aut Christi obedientia & iustitia. Sed hoc tantùm consequitur, quòd sit nostræ iustitiæ causa & meritum.

Hæc responsio, tertiam quoque probationem satis confutat.

QVARTA PROBATIO.

CHriſtus nos ſua paſsione tanquam ſacrificio quodam ſeruauit. Meritum verò ſacrificiorum non transfertur in eos, pro quibus offertur, niſi per imputationem, & clemētem patris cœleſtis tranſcriptionem.

RESPONSIO.

Hæc probatio planè conuincit, Catholicam ſententiam veram eſſe, & refutat aduerſariorum ſententiam. Nam ſicut ſacrificij meritum & virtus non transfertur in eos pro quibus ſacrificium offertur, niſi per effectum aliquem & fructum, quem eis impetrat, aut in eis operatur: ita ſacrificium Chriſti, ſiue obedientia eius, non applicatur nobis, niſi ſecundum fructum iuſtitiæ quem in nobis operatur. Non igitur Chriſti ſacrificio iuſti ſumus formaliter, ſed fructu iuſtitiæ, quem in nobis pater, propter ſacrificij meritum operatur: qui fructus eſt cum remiſſione peccatorum obedientia, quam præſtamus legi, & vires illam præſtandi.

QVINTA PROBATIO.

DIuus Paulus ex profeſſo de iuſtitia Chriſti qua coram Deo iuſtificamur agens ad Rom. 3.4. & 5. nec vnico verbulo ſubindicat

eam esse virtutem aliquam nobis infusam, sed potius id vnicè contrà vrget, quòd sit quiddã diuinitus imputatiuum, quod adeò non consistat in vlla nostra bona qualitate, vt donetur non operantibus, inimicis Dei destitutis omni iustitia, atque adeò etiam impijs. Atque hæc est ipsius Dei summa gloria.

RESPONSIO.

D. Paulus in Epist. ad Romanos, hoc potissimũ agit, quomodo consequi possit homo eam iustitiã, qua verè iustus sit coram Deo, & quanam ratione ad eam peruenire possit, vt ex cap. 9. manifestissimum est, vbi dicit: Iudæos sectantes legem iustitiæ ex operibus, non potuisse peruenire ad iustitiam: Gentes autem ex fide peruenisse ad iustitiam, hoc est, apprehendisse & consecutos esse iustitiam. Et diligenter ac studiosè docet, fide eam iustitiam obtineri posse, ab ijs qui nihil ante fidem operati sunt boni, imò qui ante fidem fuerunt inimici, & destituti omni iustitia, atque adeò etiam impij. Atque hanc esse summam Dei gloriam, quòd qui nihil operati sunt boni, & omni iustitia destituti, omni autem impietate contaminati (si modò crediderint in Christum) possunt propter sanguinem Christi, et meritum passionis eius, legitima ratione applicatum, iustificari co-

ri coram Deo, hoc eſt, conſequi eam iuſtitiam, qua corã Deo iuſti ſunt. Vbi vides clariſſimè, hoc agere Paulum ex profeſſo, qua ratione poſsit homo peruenire ad veram coram Deo iuſtitiam, magis quàm in quo conſiſtat iuſtitia. Quanquam nec hoc penitus prætermittat, dum in cap. 4. dicit: beatitudinem, hoc eſt, iuſtitiam hominis in eo eſſe, quòd non imputetur peccatum, quódque tecta ſint peccata. Et in cap. 5. Iuſtitiã, qua propter obedientiam Chriſti iuſti conſtituuntur multi, vocat iuſtificationem vitæ: qua appellatione manifeſtum eſt, vitæ iuſtitiam & ſanctitatem comprehendi: Quod magis etiam intelligitur ex
Rom. 3. *eo, quòd eodem capite dicitur gratiam Dei regnare per iuſtitiam in vitam, ſicut peccatum regnauit in mortem. Sicut enim regnum peccati conſiſtit in operatione vitiorum, ita & gratiæ regnum per iuſtitiam, neceſſarium eſt conſiſtere in operatione virtutum. Iuſtitia igitur qua iuſti ſumus coram Deo, eſt vitæ iuſtificatio, & iuſtitia, propter Chriſti iuſtitiam & obedientiam gratis homini donata.*

SEXTA PROBATIO.

CErtum eſt verbum (iuſtificare) in ſacris literis, paſsim ſignificare abſoluere, aut pronunciare iuſtum: & nequaquam ſignifica-

gnificare, aliquam nouam virtutem aut qualitatem infundere.

RESPONSIO.

Satis manifestum est in plerisque scripturæ locis, verbum (iustificare) significare absoluere, seu iustum pronunciare. Verùm quæ sit eius significatio apud Paulum, vbi de iustificatione per fidẽ in epistolis, potißimum ad Romanos, & Galathas disserit, id ex ipsomet Paulo perspicuè colligitur, dum ad Rom. 5. explicat, idem valere iustificãdi verbum, quod iustum constituere, aut iustum facere, ex impio prius & iniusto. Sicut (inquit Paulus) per obedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Et iterum iustificari per fidem, explicat idem esse, quod per fidem apprehendere, siue consequi iustitiam, aut peruenire ad iustitiam. Roma. 9. cap.

Cùm igitur verè & propriè iustus non sit, nisi qui Deo factus subiectus, rectè viuit, & legi Dei obedientiam in veritate præstat: consequẽs est, quòd verbum iustificandi, apud Paulum insinuet vires & virtutes homini donatas, quibus rectè viuere & Deo obedire & velit, & poßit. Sic August. vocabulum iustificandi explicat: Gratia, inquiens, Dei iustificamur, hoc est, iusti efficimur. Lib. 2. retractationũ cap. 33.

De ſpiritu & litera cap. 26. *cimur. Et rurſus: Quid eſt aliud iuſtificati, quā iuſti facti?*

SEPTIMA PROBATIO.

NOſtra iuſtificatio eſt remiſsio aut condonatio debiti peccatorum. Quæ certè à nullo ſano diceretur eſſe realis quædam infuſio vllarum virtutum, aut mutatio cordis mali in bonum. Et teſtatur etiam Paulus diſertè, iuſtificationem eſſe remiſsionem peccatorū, & non imputationem peccatorum, & id ſummi prophetæ ac Regis Dauidis teſtimonio comprobat.

RESPONSIO.

Reſpondendum eſt, iuſtificationem impij hominis & peccatis contaminati, de qua conſtat agere Apoſtolum (dicit enim: Credenti in eum ad Ro. 4. *qui iuſtificat impium fides reputatur ad iuſtitiā) duobus conſtare, remiſsione ſcilicet peccatorum admiſſorum, & iuſta operatione, ſiue internis donis Spiritus ſancti, quibus vires dantur homini ad iuſtam operationem. Cùm igitur vellet Apoſtolus oſtendere, iuſtitiam donari impio, ex fide ſine operibus, teſtimonium adducit Dauidis prophetæ, quod ad remiſsionem peccatorum pertinet, quam euidentius conſtat ſine operibus ali-*

quibus

quibus per fidem donari. Quid enim posset homo impius operari, quo promereretur remissionem peccatorum?

At quod ad iustitiam, qua iustificatur impius, non pertineat sola remissio peccatorum impio donata per fidem, id constat ex 5. cap. ad Romanos, vbi iustitiam, qua iustificatur impius, per Christi obedientiam, docet esse vitæ iustificationem. Et in fine cap. 4. dicit: Christum traditum esse propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram. Vbi planè significat, iustificationem impij simul & remissione peccatorum, & operatione vitæ iustæ constare. In sequẽti enim cap. 6. prolixè disputat, quomodo resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis, hoc est, resurrectionis ad vitam iustam. Neque solam impij iustificationem in duobus positam esse, & remissione peccatorum, & vitæ rectitudine: sed & piorum iustitiam in corruptibilis carnis conditione, disertè scripsit August. de ciuit. Dei lib. 19. cap. 27. Et contra Iulianum lib. 2. cap. 8.

Quod autem additur in probatione, iustificationem nostram non esse realem mutationẽ qualitatum malarum in bonas, seu mali cordis in bonum, id prorsus pugnat cum sacra scriptura. Hoc est testamentũ, inquit Dominus per Hieremiã, quod disponam domui Israël, dabo leges meas in mentes Hiere. 31.

mentes eorum, & in corde eorum ſuperſcribam
Ezech. 36 & 18. *eas. Et per Ezechielem: Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Conuertimini, & agite pœnitentiam ſuper omnibus iniquitatibus, & non*
Pſalm. 50. *erit vobis in ruinam iniquitas. Et Pſalm. 50. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

NONA ET DECIMA Probatio.

EOdem modo ad Probationes 9. & 10. (In quibus proponitur, quòd iuſtificatio apud Paulum accipiatur pro reconciliatione, ad
Lucæ 18. *Romanos 5. Et quòd publicanus remiſsionem petens, dicendo: Propitius eſto mihi peccatori, pronuncietur à Chriſto fuiſſe iuſtificatus) Reſpondẽdum eſt: Reconciliationem quoque pertinere ad alteram illam partem iuſtitiæ, quæ eſt remiſsio peccatorum: Quanquam tamen reconciliatio nõ videatur perfectè & à Deo planè eſſe impetrata, niſi ſimul cum condonatione peccati, etiam rectitudo mentis, & vires ad bene, & ſecundùm Dei legem viuendum ſint reſtitutæ. Supplicanti quoque Publicano pro remiſsione peccati, vtrumque donatum eſſe intelligendum eſt, & peccatorũ condonationẽ, & vires deinceps iuſtè & ſanctè ſecundùm Deum viuendi. Recõciliatio enim*

perfecta non videtur, nisi offendens in pristinum statum restituatur, & ad pristinam gratiam receptus sit. Quod verò in eadem probatione dicitur, salutem remißioni peccatorum tribui, id quidem verum est: sed hoc quoque ex scripturis manifestum est, salutem non ad solam remißionem peccatorum pertinere, sed ad æternæ quoque vitæ conseruationem per iustitiæ operationem: Sicut ex varijs locis scripturæ manifestum est. Vt: Spe salui facti sumus. Itē: Operamini vestram salutem in timore & tremore. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confeßio fit ad salutem. Et iterum: Hoc enim faciens saluum facies teipsum & alios. Rom. 8. Philip. 2. Rom. 10. 1. Tim. 4.

OCTAVA PROBATIO.

ALiud omnino est in scriptura iustificatio quàm renouatio. Sed renouatio, est qualitatum ac totius naturæ ex praua in bonam realis commutatio, per Spiritū sanctū, seu nouarum qualitatum infusio: ergo iustificatio est imputatiuæ iustitiæ Christi applicatio, hāc renouationem præcedens.

RESPONSIO.

Quanquam inter renouationem & iustificationem, secundùm vocabulorum proprietatem, poßit discrimen aliquod constitui, quod renoua-

tio commutationem à vetustate importare videatur, quam nõ insinuat vox iustificationis: tamen ab Apostolo pro eodem vsurpari, manifestè
ad.Ephes. 4.cap. *constat ex sententia Apostoli: Deponite vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem: renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundùm Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Vides renouationẽ hominis, idem esse quod iustificationem, siue iustitiam & sanctitatem veritatis.*
Ad Tit.3. *Rursus ad Titum dicit Paulus: Secũdùm misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè, per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Vides renouationem idem esse quod iustificationẽ, aut certè iustificationem comprehendere in se renouationem: non enim hæres esse potest quisquam vitæ æternæ, nisi sit renouatus, & veteri vitæ valedixerit. Non est igitur separanda renouatio vitæ à iustificatione, sed intelligendum est, iustificationem vtroque constare, & peccatorum remissione, & simul renouatione, & commutatione vitæ. Cum igitur renouatio sit qualitatum malarum, & naturæ prauæ in bonam commutatio realis, & nouarum qualitatum infusio: consequens*

quens est, vt & iustificatio sit mutatio mali cordis in bonum per qualitatum bonarum, hoc est, virtutum infusionem.

VNDECIMA PROBATIO.

PEccatum, est omisſio perfectiſsimæ obedientiæ, quam Deus per legem ſeueriſsimè à nobis exigit, vt quod non ſemper perfectiſsimè diligamus Deum & proximum: Ergo remiſsio peccati eſt imputatio plenæ obedientiæ: qua imputatione eum, cui Deus peccata propter filium ſuum remittit, planè eodem loco & conditione habet ac reputat, ac ſi perfectiſsimè legi Dei ſatisfeciſſet: hoc verò ipſum eſt iuſtificatio, &cæt.

RESPONSIO.

Primùm falſum eſt quod aſſeritur, eum cui remittūtur peccata à Deo, eo loco haberi, ac ſi perfectiſsimè legi ſatisfeciſſet. Teſtantur enim ſcripturarum diuinarū pleraque teſtimonia, iuſtos, quibus remiſſa ſunt peccata, non eſſe paris meriti & conditionis apud Deum: ſed cùm alius alio magis laborauerit & certauerit, pro ſuo quemque labore & curſu mercedem accepturum. Non igitur omnes pariter cēſentur perfectiſsimam obedientiam legi præſtitiſſe. Rom. 2.

merito iuſtitiæ eius, communicatum: quod eſt donum Spiritus ſancti, nos iuſtos formaliter, & rectos & dilectores legis faciens. Sic quod dicit Rom. 12. *Apoſtolus: Induimini Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Itẽ: Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis,* Ad Gal. 3. *Chriſtum induiſtis: Ipſemet ad Coloſſenſes, & ad* Ad Ephe ſios. 4. *Epheſios, interpretatur eſſe induere nouam cõuerſationem in iuſtitia & veritate.* Ad Coloſſ. 3.

SECVNDA PROBATIO.

TOTA ſcriptura clamat, noſtram iniuſtitiam eſſe debitum quoddam erga Deum, nempe debitum exoluendarum propter admiſſam inobedientiam pœnarũ. Eadem quoque ſcriptura teſtatur, hoc debitum tranſlatũ eſſe per imputationẽ in Chriſtum: igitur hæc Chriſti perſolutio pro nobis, eſt coram Deo noſtra iuſtitia qua iuſtificamur.

RESPONSIO.

Sicut iniuſtitia & inobedientia, nõ eſt ipſum debitum ſeu reatus pœnarum, ſed parit in nobis debitum ſiue reatum pœnarum, à iuſto Deo irrogandarum, quod debitum Chriſtus pro nobis, qui ſoluendo non eramus, miſericorditer ſuſcepit, & in ſe tranſtulit: Ita eius iuſtitia & obedientia, qua patri factus eſt obediens vſque ad mortem, & diſci-

& disciplinam paternæ iustitiæ voluntariè pro nobis sustinuit, promerita est apud patrem, vt liberi à debito, iustè & sanctè deinceps viuamus, & eius legibus obedientiam præstemus, donata nobis per Spiritum sanctum facultate & virtute, qua rectè viuere, & legi eius obedire valeamus. Non igitur persolutio debiti est nostra iustitia coram Deo, sed iustitia & sanctificatio, quæ merito obedientiæ Christi nobis donatur.

Quemadmodum quando captiuus ex aliqua seruitute liberatur, ipsa pretij persolutio ab alio facta in gratiam captiui, non est ipse libertatis status, in quem captiuus restituitur, sed est eius effectus, & ad persolutionem pretij comitatur. Et sicut persolutio pretij gratis transfertur in captiuum, & ei gratis applicatur: ita persolutio pœnarum à Christo pro nobis facta, gratis, & misericorditer nobis indignis & immeritis applicatur. Verùm non est ex eo cõsequens, quòd iustitia, qua coram Deo sumus iusti, & libertas rectè viuendi, in quam propter Christi meritum restituimur, sit illa ipsa persolutio Christi, aut Christi obedientia & iustitia. Sed hoc tantùm consequitur, quòd sit nostræ iustitiæ causa & meritum.

Hæc responsio, tertiam quoque probationem satis confutat.

QVARTA PROBATIO.

Chriſtus nos ſua paſsione tanquam ſacrificio quodam ſeruauit. Meritum verò ſacrificiorum non transfertur in eos,pro quibus offertur, niſi per imputationem,& clemẽtem patris cœleſtis tranſcriptionem.

RESPONSIO.

Hæc probatio planè conuincit, Catholicam ſententiam veram eſſe, & refutat aduerſariorum ſententiam. Nam ſicut ſacrificij meritum & virtus non transfertur in eos pro quibus ſacrificium offertur, niſi per effectum aliquem & fructum, quem eis impetrat, aut in eis operatur: ita ſacrificium Chriſti, ſiue obedientia eius, non applicatur nobis, niſi ſecundùm fructum iuſtitiæ quem in nobis operatur. Non igitur Chriſti ſacrificiò iuſti ſumus formaliter, ſed fructu iuſtitiæ, quem in nobis pater, propter ſacrificij meritum operatur: qui fructus eſt cum remiſſione peccatorum obedientia, quam præſtamus legi, & vires illam præſtandi.

QVINTA PROBATIO.

Diuus Paulus ex profeſſo de iuſtitia Chriſti qua coram Deo iuſtificamur agens ad Rom. *3.4.*& *5.* nec vnico verbulo ſubindicat

eam

eam esse virtutem aliquam nobis infusam, sed potius id vnicè contrà vrget, quòd sit quiddã diuinitus imputatiuum, quod adeò non consistat in vlla nostra bona qualitate, vt donetur non operantibus, inimicis Dei destitutis omni iustitia, atque adeò etiam impijs. Atque hæc est ipsius Dei summa gloria.

RESPONSIO.

D. Paulus in Epist. ad Romanos, hoc potissimũ agit, quomodo consequi possit homo eam iustitiã, qua verè iustus sit coram Deo, & quanam ratione ad eam peruenire possit, vt ex cap. 9. manifestissimum est, vbi dicit: Iudæos sectantes legem iustitiæ ex operibus, non potuisse peruenire ad iustitiam: Gentes autem ex fide peruenisse ad iustitiam, hoc est, apprehendisse & consecutos esse iustitiam. Et diligenter ac studiosè docet, fide eam iustitiam obtineri posse, ab ijs qui nihil ante fidem operati sunt boni, imò qui ante fidem fuerunt inimici, & destituti omni iustitia, atque adeò etiam impij. Atque hanc esse summam Dei gloriam, quòd qui nihil operati sunt boni, & omni iustitia destituti, omni autem impietate contaminati (si modò crediderint in Christum) possunt propter sanguinem Christi, et meritum passionis eius, legitima ratione applicatum, iustificari co-

ri coram Deo, hoc est, consequi eam iustitiam, qua corã Deo iusti sunt. Vbi vides clarißimè, hoc agere Paulum ex professo, qua ratione poßit homo peruenire ad veram coram Deo iustitiam, magis quàm in quo consistat iustitia. Quanquam nec hoc penitus prætermittat, dum in cap. 4. dicit: beatitudinem, hoc est, iustitiam hominis in eo esse, quòd non imputetur peccatum, quódque tecta sint peccata. Et in cap. 5. Iustitiã, qua propter obedientiam Christi iusti constituuntur multi, vocat iustificationem vitæ: qua appellatione manifestum est, vitæ iustitiam & sanctitatem comprehendi: Quod magis etiam intelligitur ex

Rom. 5. *eo, quòd eodem capite dicitur gratiam Dei regnare per iustitiam in vitam, sicut peccatum regnauit in mortem. Sicut enim regnum peccati consistit in operatione vitiorum, ita & gratiæ regnum per iustitiam, necessarium est consistere in operatione virtutum. Iustitia igitur qua iusti sumus coram Deo, est vitæ iustificatio, & iustitia, propter Christi iustitiam & obedientiam gratis homini donata.*

SEXTA PROBATIO.

CErtum est verbum (iustificare) in sacris literis, pasſim significare absoluere, aut pronunciare iustum: & nequaquam significa-

gnificare, aliquam nouam virtutem aut qualitatem infundere.

RESPONSIO.

Satis manifestum est in plerisque scripturæ locis, verbum (iustificare) significare absoluere, seu iustum pronunciare. Verùm quæ sit eius significatio apud Paulum, vbi de iustificatione per fidē in epistolis, potißimum ad Romanos, & Galathas differit, id ex ipsomet Paulo perspicuè colligitur, dum ad Rom. 5. explicat, idem valere iustificādi verbum, quod iustum constituere, aut iustum facere, ex impio prius & iniusto. Sicut (inquit Paulus) per obedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Et iterum iustificari per fidem, explicat idem esse, quod per fidem apprehendere, siue consequi iustitiam, aut peruenire ad iustitiam. Roma. 9. cap.

Cùm igitur verè & propriè iustus non sit, nisi qui Deo factus subiectus, rectè viuit, & legi Dei obedientiam in veritate præstat: consequēs est, quòd verbum iustificandi, apud Paulum insinuet vires & virtutes homini donatas, quibus rectè viuere & Deo obedire & velit, & poßit. Sic August. vocabulum iustificandi explicat: Gratia, inquiens, Dei iustificamur, hoc est, iusti efficimur. Lib. 2. retractatio nū cap. 33.

De ſpiritu & litera cap. 26. *cimur. Et rurſus: Quid eſt aliud iuſtificati, quã iuſti facti?*

SEPTIMA PROBATIO.

NOſtra iuſtificatio eſt remiſsio aut condonatio debiti peccatorum. Quæ certè à nullo ſano diceretur eſſe realis quædam infuſio vllarum virtutum, aut mutatio cordis mali in bonum. Et teſtatur etiam Paulus diſertè, iuſtificationem eſſe remiſsionem peccatorũ, & non imputationem peccatorum, & id ſummi prophetæ ac Regis Dauidis teſtimonio comprobat.

RESPONSIO.

Reſpondendum eſt, iuſtificationem impij hominis & peccatis contaminati, de qua conſtat agere Apoſtolum (dicit enim: Credenti in eum ad Ro. 4. *qui iuſtificat impium fides reputatur ad iuſtitiã) duobus conſtare, remiſsione ſcilicet peccatorum admiſſorum, & iuſta operatione, ſiue internis donis Spiritus ſancti, quibus vires dantur homini ad iuſtam operationem. Cùm igitur vellet Apoſtolus oſtendere, iuſtitiam donari impio, ex fide ſine operibus, teſtimonium adducit Dauidis prophetæ, quod ad remiſsionem peccatorum pertinet, quam euidentius conſtat ſine operibus ali-*

quibus

quibus per fidem donari. Quid enim posset homo impius operari, quo promereretur remissionem peccatorum?

At quod ad iustitiam, qua iustificatur impius, non pertineat sola remissio peccatorum impio donata per fidem, id constat ex 5. cap. ad Romanos, vbi iustitiam, qua iustificatur impius, per Christi obedientiam, docet esse vitæ iustificationem. Et in fine cap. 4. dicit: Christum traditum esse propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram. Vbi planè significat, iustificationem impij simul & remissione peccatorum, & operatione vitæ iustæ constare. In sequēti enim cap. 6. prolixè disputat, quomodo resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis, hoc est, resurrectionis ad vitam iustam. Neque solam impij iustificationem in duobus positam esse, & remissione peccatorum, & vitæ rectitudine: sed & piorum iustitiam in corruptibilis carnis conditione, disertè scripsit August. de ciuit. Dei lib. 19. cap. 27. Et contra Iulianum lib. 2. cap. 8.

Quod autem additur in probatione, iustificationem nostram non esse realem mutationē qualitatum malarum in bonas, seu mali cordis in bonum, id prorsus pugnat cum sacra scriptura. Hoc Hiere. 31.
est testamentū, inquit Dominus per Hieremiā, quod disponam domui Israël; dabo leges meas in

mentes

mentes eorum, & in corde eorum ſuperſcribam
Ezech.36 & 18. *eas. Et per Ezechielem: Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Conuertimini, & agite pœnitentiam ſuper omnibus iniquitatibus, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et Pſalm. 50. Cor*
Pſalm.50. *mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

NONA ET DECIMA Probatio.

EOdem modo ad Probationes 9. & 10. (*In quibus proponitur, quòd iuſtificatio apud Paulum accipiatur pro reconciliatione, ad*
Lucæ 18. *Romanos 5. Et quòd publicanus remiſsionem petens, dicendo: Propitius eſto mihi peccatori, pronuncietur à Chriſto fuiſſe iuſtificatus) Reſpondendum eſt: Reconciliationem quoque pertinere ad alteram illam partem iuſtitiæ, quæ eſt remiſsio peccatorum: Quanquam tamen reconciliatio nõ videatur perfectè & à Deo planè eſſe impetrata, niſi ſimul cum condonatione peccati, etiam rectitudo mentis, & vires ad bene, & ſecundum Dei legem viuendum ſint reſtitutæ. Supplicanti quoque Publicano pro remiſsione peccati, vtrumque donatum eſſe intelligendum eſt, & peccatorũ condonationẽ, & vires deinceps iuſtè & ſanctè ſecundum Deum viuendi. Recõciliatio enim*

perfecta

perfecta non videtur, nisi offendens in pristinum statum restituatur, & ad pristinam gratiam receptus sit. Quod verò in eadem probatione dicitur, salutem remissioni peccatorum tribui, id quidem verum est: sed hoc quoque ex scripturis manifestum est, salutem non ad solam remissionem peccatorum pertinere, sed ad æternæ quoque vitæ conseruationem per iustitiæ operationem: Sicut ex varijs locis scripturæ manifestum est. Vt: Spe salui facti sumus. Itē: Operamini vestram salutem in timore & tremore. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et iterum: Hoc enim faciens saluum facies teipsum & alios. Rom. 8. Philip. 2. Rom. 10. 1. Tim. 4.

OCTAVA PROBATIO.

ALiud omnino est in scriptura iustificatio quàm renouatio. Sed renouatio, est qualitatum ac totius naturæ ex praua in bonam realis commutatio, per Spiritū sanctū, seu nouarum qualitatum infusio: ergo iustificatio est imputatiuæ iustitiæ Christi applicatio, hāc renouationem præcedens.

RESPONSIO.

Quanquam inter renouationem & iustificationem, secundùm vocabulorum proprietatem, possit discrimen aliquod constitui, quod renouatio

quens est, vt & iustificatio sit mutatio mali cordis in bonum per qualitatum bonarum, hoc est, virtutum infusionem.

VNDECIMA PROBATIO.

PEccatum, est omißio perfectißimæ obedientiæ, quam Deus per legem seuerißimè à nobis exigit, vt quod non semper perfectißimè diligamus Deum & proximum: Ergo remißio peccati est imputatio plenæ obedientiæ: qua imputatione eum, cui Deus peccata propter filium suum remittit, planè eodem loco & conditione habet ac reputat, ac si perfectißimè legi Dei satisfecisset: hoc verò ipsum est iustificatio, &cæt.

RESPONSIO.

Primùm falsum est quod asseritur, eum cui remittūtur peccata à Deo, eo loco haberi, ac si perfectißimè legi satisfecisset. Testantur enim scripturarum diuinarū pleraque testimonia, iustos, quibus remissa sunt peccata, non esse paris meriti & conditionis apud Deum: sed cùm alius alio magis laborauerit & certauerit, pro suo quemque labore & cursu mercedem accepturum. Non igitur omnes pariter cēsentur perfectißimam obedientiam legi præstitisse. Rom. 2.

E *Deinde,*

Deinde, ad illud quod aſſumitur, Deum per legem ſeueriſsimè exigere perfectiſsimam obediētiam, vt quòd perfectiſsimè diligamus Deum: Reſpondet Aug. præcipi quidem homini, etiam in hac vita perfectionem dilectionis, quamuis eā in hac vita nemo habeat: verùm ita eam præcipi, vt homo reus non fiat violati præcepti, ſi nō eam hîc præſtet: ſed vt quò currendum & contendendum ſit in hac mortali vita, homini demonſtretur. Neq; enim (inquit) ſi eſſe non poteſt tāta dilectio, quāta illi cognitioni plenæ perfectæq; debetur, iam culpæ deputandum eſt. Satisfacit igitur legi Dei, eiq; debitam obedientiam præſtat, qui eam præſtat ex conſcientia bona, fide nō ficta, & corde puro, ſeu charitate ſyncera: etiamſi ſummam illam perfectionem nondum præſtet, quam nec præſtare poteſt.

De ſpiritu & litera cap. vltimo.

De perfectione iuſtitiæ.

1. Tim. 2.

Ad. Tit. 2. *Mandat quidem lex Dei, vt abnegatis impietate, & ſecularibus deſiderijs ſobriè, piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo: Sed nō exigit, vt perfectiſsimam iuſtitiam & obedientiam præſtemus eius mandatis.*

DVODECIMA PROBATIO.

2. ad Co. 9. PAulus, reliquaque ſcriptura, omni ſtudio excludit omnes noſtras virtutes & operationes à iuſtificatione. docet enim nos

iustificari, sine aut absque operibus, vel non ex operibus, non ex nobis: imò non operantes, atque adeo impios nos iustificari.

RESPONSIO.

Perspicuum est, D. Paulum, à iustificatione ea tantùm opera excludere, quæ nostris viribus sine fide & gratiæ Dei adiutorio fiunt: non autem ea quæ ex fide & gratia Christi fiunt. Clarissimè enim opera opponit fidei: Gentes (inquit) quæ nō sectabantur iustitiam, apprehenderūt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: Israël verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Rursus: Ei qui operatur, merces imputatur secundùm debitum: credenti autem fides imputatur ad iustitiam. Et ad Philippenses: Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ est ex fide Christi, quæ ex Deo est, etc. Audi (inquit Augustinus) & intellige, non ex operibus dictum, tanquam tuis, ex teipso tibi existentibus. Rom. 9. Rom. 4. Ad Phi. 3. De gratia & libero arbitrio cap. 8.

Quòd autem opera bona, & iustitia per fidem comparata, pertineant ad iustificationem, euidentissimum est ex Paulo: Gratia enim estis, inquit, saluati per fidem, & hoc non ex vobis (Dei ad Eph. 2

enim donum est) non ex operibus, vt ne quis glorietur: Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Vides salutem quæ donatur per fidem, opera bona includere, sed quæ ex dono gratiæ, & præparatione Dei fiunt.

DECIMATERTIA probatio tota calumnijs constat, & Catholicæ doctrinæ deprauatione. Constanter enim, & disertè tradit catholica doctrina, perfectissimam filij Dei obedientiam & iustitiam imputari credẽtibus, & saluare eos: non quidem, quasi ipsa sit formaliter eorum iustitia, sed quia per eius meritum Deus Spiritus sancti dono, facit in credentium mentibus delectationem, dilectionémque iustitiæ: atque in eo formaliter sita est credentium iustitia & salus.

Aug. de spiritu & lit. cap. 3.

Deinde preces & merita Sanctorum nullus catholicus dicit transfundi in eos, quibus applicãtur, vt per ea iustificentur coram Deo, formaliter: sed docent catholici, ea hactenus applicari alijs, vt ad consequendam salutem per ea adiuuẽtur. Sic enim habet Canon Missæ: Quorum meritis precibusq; concedas, vt in omnibus, protectionis tuæ muniamur auxilio.

Quòd si aliquæ sint preces Ecclesiasticæ, in quibus

bus precatur Ecclesia, vt precibus aut meritis sanctorũ saluetur, nõ est ea forma precandi exagitanda, nisi quis reprehendere audeat, quod scribitur à D. Iacobo: Scire debet qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte. Item illud: Hoc enim faciens, saluũ facies teipsum, & eos qui te audiunt. Iaco. 5. 1. Ad Timoth. 4.

Hactenus satis solidè & manifestè, Dei gratia, probauimus, iustificationem nostram consistere non in imputatione, qua Christi iustitia nobis imputatur tanquam nostra, cùm nos reuera in nobis ipsis iusti non simus: sed in dono Spiritus sancti, quo propter meritum Christi, abolito reatu æternæ damnationis, & remißione peccatorũ concessa, iterum facti sumus Deo subiecti, recti, & iusti, & ad obediendum mandatis eius fortes & prompti.

Iam de secunda sententia agamus, quam de iustificationis modo tradunt. Ea est hæc.

Sola iustitia Christi imputatiua iustificamur & saluamur, nec ei admiscendæ sunt nostræ virtutes & opera. Deus quidem per spiritum sanctum regenerat & renouat quos iustificat, atque in eis bonas qualitates & virtutes excitat, & præter imputatiuam iustitiam etiam inchoatam quandam aut inhærentem iustitiam in regeneratione donat, & inchoat. Verùm 2. Sententia.

hæc regeneratio & renouatio inchoata, & inhærens iuſtitia, nequaquam illa eſt, qua coram Deo iuſti ſumus, aut æternam vitam cõſequimur, & nequaquam hæc illi in iuſtificatione, admiſcenda eſt.

Hanc ſententiam aduerſari doctrinæ per ſpiritum ſanctum in ſanctis ſcripturis traditæ, tam in eo quòd dicit internam omnem & inhærentem iuſtitiam, & virtutum operationes, non ſpectanda eſſe in iuſtificatione: quàm in eo quòd dicit, propter virtutes etiam à Spiritu ſancto donatas, & operationes virtutum, non eſſe homines iuſtos coram Deo, ſic oſtendimus & probamus.

Rom.5. *Primò. Apoſtolus Paulus ad Romanos Iuſtificationem, qua per Chriſti obedientiam multi conſtituti ſunt iuſti, hoc eſt. ſunt iuſtificati, diſertè vocat iuſtificationem vitæ: Igitur, inquit, ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Et rurſus: Si enim vnius delicto, mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ & donationis iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Porrò iuſtificationem vitæ, intelligi ab Apoſtolo Paulo iuſtificationem, qua condonatis peccatis vita rectè*

inſtitui-

instituitur secundùm Dei legem, manifestũ est. Pertinet igitur ad iustificationem per Christũ, donum gratiæ; per quod vita sancta, iusta & immaculata agitur.

Secundò. Idem ex illa illustri collatione, quam Apostolus eo loco facit inter Adamum & Christum, probatur. Quia sicut filiorum Adæ peccatum, & iniustitia, per inobedientiam Adæ inuecta, consistit non in solo reatu æternæ damnationis, sed etiam in concupiscentia praua, qua ad malum propensi facti sunt: ita iustitia per Christi obedientiam in credentibus reparata, consistit non in sola abolitione reatus supplicij æterni, sed etiam in rectitudine & iustitia voluntatis, qua rursus est Deo, per charitatem, adhærens, Deo subiectus, eiúsque legi obediens.

Tertiò: Quia octauo quoque cap. eiusdem epistolæ Apostolus palam testatur: Lex Spiritus vitæ liberat me à lege peccati & mortis; faciens quoque me impletorem legis: Nã Deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus. Vides Apostolum ad iustificationem referre legis impletionem.

1.Cor.6. *Quartò. Quòd scribit Apostolus ad Corinth. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri: manifestum est pertinere ad vitam sanctam, iustam, & ab grauissimus illis vitijs, quæ ibi enumerantur, liberam.*

Quintò. Similiter in eo quod ad Philippenses
Philip.3. *scribit: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciã, vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ est ex lege, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ est ex Deo iustitia, in fide: manifestissimum est, iustitiã quæ ex fide est à Deo comprehendere rectam vitam, qua ad obtinendum cœleste brauium contẽ-*
Psal.40. *ditur. Docet idem apertè Dauid dum pro iustificatione supplicans dicit: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.*

Sextò. Quòd regeneratio & renouatio à iustificatione separari non debeant, sed sub ea cõprehendi, liquidò cognoscitur ex sententia Pauli ad Titum 3: Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus

secun-

secundùm spem vitæ æternæ. Vides per regenerationem & renouationẽ iustificari homines. Renouationem quoque & regenerationem, fieri per Spiritum sanctum diffundentem dona sua. Quare & iustificationem ipsam, per donum Spiritus sancti diffusum in corda credentium fieri, manifestum est.

Quòd iustificatio sita sit etiam in bonis operibus, quódq; propter bona opera etiam iusti sint apud Deum homines; euidentissimè docent scripturæ innumera testimonia.

Primò ad Roma. Non auditores legis, sed factores iustificabuntur: hoc est, factores legis corã Deo iusti erũt, & iusti habebuntur, aut deputabuntur à Deo, non per imputationem solùm, sed secundùm verum Dei iudicium. Roma. 2.

Secundò. Apud Iacobum Apostolum Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Similiter & Raab, Iacobi. 2. *nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eijciens? Et factor operis, beatus in suo opere erit. Iustus igitur, docente Spiritu sancto, est coram Deo factor operis, idq; propter opus suum.*

Tertiò. Hæc meditare (scribit Apost. sua Timotheo) 1. Tim. 4.

motheo) in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Vides propter opus hominem ſaluum fieri.

2. Tim. vltimo. *Quartò. Bonum certamen certaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Et alibi: Gloria,*
Rom. 2. *& honor, pax omni operanti bonum: Iudæo primùm & Græco. Idem demonſtrant omnes illæ ſcripturæ, quæ toties teſtantur, Deum redditurũ vnicuique ſecundùm opera ipſius. Denique illa*
Ephe 2. *ſententia ad Epheſios: Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc nòn ex vobis: Dei enim donum eſt: non ex operibus, vt nè quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Et clariſsima eſt Auguſt. ſententia: Ex ope-*
Aug li. 3. hypognoſticon. *ribus bonis quæ fiunt per gratiam Dei, iuſtificati ſunt homines, iuſtificatur, & iuſtificabuntur. Sed iam ſuæ ſententiæ quas adferunt probationes, audiamus.*

PRIMA PROBATIO.

ad Rom. 4 DE ipſo Abrahã prõnũciat Apoſt. quòd illius præſtantiſsimis, & planè heroicis virtutibus ac factis, nõ coram Deo, ſed tantùm coram hominibus ſit iuſtificatus.

RESPON-

RESPONSIO.

Non pronunciat Apost. quòd Abraham ex operibus sit iustificatus, quodq́ proinde gloriam tantùm habet coram hominibus: sed cùm constet eum esse iustificatum, idq́ coram Deo, argumento solido colligit Apostolus eum iustificatũ, quia credidit Deo, nõ ex operibus: quoniam si ex operibus iustificatus esset, tantùm apud homines gloriam haberet. Hoc ergo de Abrahamo docet Paulus, quòd cùm sit coram Deo iustificatus, ex fide iustificatus sit, non ex operibus, scilicet quæ sine fide nondum in Deum credens operatus esset. Nam de heroica illa & præstantissima obedientia, qua parabat filium vnicùm immolare, disertè pronunciat D. Iacobus, quòd ex opere illo heroico iustificatus sit. Cap. 2.

SECVNDA PROBATIO.

Diuus Paulus de semetipso, cùm tãta passus esset Christi causa, & plus omnibus laborasset ac profecisset, pronunciat, quòd licet nihil sibi conscius sit, & exactissimam vitam secundùm legem egerit, tamen in eo non sit iustificatus: quin potius dicit, se bona illa omnia opera ac merita, pro damnis & reiectamento habere, vt modò iustitiam Christi consequatur. 1. Cor. 4.

RESPON-

RESPONSIO.

Perperam accipitur Apostoli sentētia. Non enim sensus est: non in hoc ipsum iustificatum fuisse, quòd bona conscientia, &, vt alibi dicit, ex synceritate, sicuti ex Deo, coram Deo verbum Christi dispensabat: sed nō in hoc se iustificatum dicit coram Deo, quòd seipsum iudicaret fideliter ministerium suum obiuisse: sed tum demum se verè iustificatum coram Deo, si Deus illum iudicaret syncerè & fideliter peregisse suum ministerium. Ex qua sentētia clarissimè colligitur, quòd propter ministerium, iudice Deo rectè obitum, iustificetur minister coram Deo. Quod autē alibi dicit: Et ad hac quis tam idoneus? Item: Cursum consummaui, fidem seruaui, ideo mihi reposita est corona iustitiæ: nō iudicantis seipsum verba sunt, sed spei & conscientiæ bonæ.

2.Cor.3. 2.Tim.4. Vide Augustin. in tractat. Psalm.36. & 41. Vide Bernard. epistol.42.

Similiter & illa sententia Pauli deprauatur: Quæ mihi fuerint lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta, vt Christum lucrifaciam. Non enim hoc scripsit Apost. de omnibus laboribus & operibus suis. Quomodo enim vt stercora aut detrimenta haberet ea opera, pro quibus coronam vitæ æternæ, ídque ex iustitia, sibi deberi alibi confidenter dicit? Sed de ijs tantùm operibus loquitur, quæ sub lege positus, quādo adhuc à Christo alienus, persequebatur Eccle-

Philip.3.

2.Tim. vltime.

ſiam Chriſti, ſine querela hominum operabatur. de qualibus operibus ipſe palam dicit: Secundùm iuſtitiam, quæ ex lege eſt, conuerſatus ſum ſine querela. De huiuſmodi operibus pronũciat, quòd habet ea vt ſtercora. Verùm iam in fide Chriſti conſtitutus, dicit ſe perſequi ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Philip. 3.

Philip. 3. Vide Auguſt. lib. 3. contra Pelag cap 7. Et de peccatorum remiſsione. lib. 2. cap. 15.

TERTIA PROBATIO.

APoſtolus inquit: Si ex operibus, non ex gratia: alioquin gratia iam non erit gratia. Pugnant ergo in iuſtificatione noſtra, gratia & opera: ſicut meritum & gratuitum.

RESPONSIO.

Iam in confutationibus ſuperioribus demonſtrauimus clariſsimè, opera quæ gratiæ opponuntur ab Apoſtolo, eſſe ea ſola, quæ viribus proprijs ſine fide, & ſine adiutorio gratiæ Dei facit homo. Item hoc apud Apoſtolum gratuitum eſt, quod non eſt ex operibus noſtris, quæ ſcilicet propria noſtra virtute ſunt facta. Sic apertè opponit Paulus iuſtitiam noſtram, hoc eſt, noſtris viribus factam, Dei iuſtitiæ: quam Deus, inquit Auguſt. in nobis, ſuæ gratiæ adiutorio operatur. Ignorantes,

tes, inquit Paulus, Dei iuſtitiam, quam ſcilicet Deus in nobis operatur, & ſuam volentes conſtruere, ſine adiutorio gratiæ Dei, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.

QVARTA PROBATIO.

Apoſtoli Actuum 15. in ſua illa prima ſynodo condemnârunt doctrinam Pſeudoapoſtolorum, docentium præter meritum Chriſti, etiam opera legis, ſeu bonas virtutes eſſe ad ſalutem neceſſarias, teſtantes non eſſe aliud nomen ſub cœlo datum præter Ieſum Act. 4. Quibus conſentit Apoſt. Paulus, proteſtans quod ſi quis vel ſolam circunciſionem ad Chriſtũ adijcere velit, ille prorſus à gratia excidet. Galath. 5.

RESPONSIO.

Manifeſtiſsimum eſt ex Actis illius Apoſtolicæ ſynodi, quæſtionem fuiſſe non de iuſtitia operum ſecundum legem præſtanda à credentibus diſcipulis, ſed de ſacramentis, & ſacrificijs veteribus obſeruandis, & cum euangelica gratia miſcendis, tanquam gratia Dei in Chriſto propoſita non ſufficeret ad ſalutem, ſed ad ſalutem cõſequendam adhibenda etiam eſſent ſacramenta, & ſacrificia legis. Aduerſus hanc Pſeudoapoſtolorum

rum doctrinam definiunt patres eius synodi, Apostoli, & seniores: solam Christi gratiam, quæ in euangelio proponeretur, sufficere ad consequendam salutem: & si quis sacramenta illa & sacrificia obseruaret, & imprimus circuncisionē, is à salute excideret, eo quod nō per nomen Christi solùm salutem quæreret, sed à veteribus operibus sacramentorum & sacrificiorum eam peteret: aut certè Christi gratiam sine sacrificiorum veterum accessu, ad salutem crederent non sufficere.

QVINTA PROBATIO.

PRæclarè dicit Spiritus sanctus per Esaiā: omnes iustitias nostras esse sicut pannū menstruatæ. Vnde nemo est mortalium, qui plenè ac prorsus inculpatè diligat Deum & proximum. Nec ipsi quidem cœli aut Angeli sunt coram Deo mundi, nedum nos homines. Esaię 64. Iob 4.

RESPONSIO.

Hoc de Deo nostro sentire nos cogit pietas, vt nullam impietatem, iniquitatem, aut immunditiam approbare queat, cùm ipse sit omnis puritatis & sanctitatis fons & author. Cùm igitur constet liquidißimè, per euidentißima scripturæ sacræ testimonia, illum approbare, & illi placere

Ad Heb. vltimo, *piorum hominum operationes, vt: Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuisci, tali-*
Philip 4. *bus enim hostijs promeretur Deus. Item: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo: Quis quæso mortalium tam impius est, vt audeat dicere opus immundum, tanquam pannũ menstruatæ, hostiam esse Deo acceptam, & placentem, & odorem spiritualem Deo suauissimum? Item. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis*
1. Cor. 3. *probabit.*

Ex collatione ergo scripturarum, & consideratione circunstantiarum sumenda est vera intelligentia sententiæ Esaiæ: Sentit D. Hieronymus, eam sententiam prophetæ referendam non ad partem populi Deo credentem, Deoq́ seruiẽtem: sed ad partem infidelem, de qua parte dicit Esaias: Non est qui inuocet nomen tuum, &c. Porrò sententia Iob: cùm ne in Angelis quidẽ dicat esse mundiciem coram Deo, in quibus constat nihil esse immundiciei; per quam Dei legi inculpatè non satisfaciant, manifestum est quòd per comparationem hominis & Angeli cum suo creatore posita sit. Creaturæ enim quantacunque mundicies, cum eo qui est ipsa sanctimonia, collata, immundicies potius quàm sanctitas est dicenda.

SEXTA

SEXTA Probatio ad verbum ferè superius posita, examinata est ac confutata.

SEPTIMA PROBATIO.

CElebratur meritò illud aureum dictum Augustini: Totius fiduciæ certitudo in pretioso sanguine Christi sita est: rectèque de nostris virtutibus illud potius dici potest: Domine, ne intres in iudicium cum seruo tuo. Psal. 142.

RESPONSIO.

Augustinus dicti sui sensum explicat, dicẽs: Omnium piorum sub hoc onere corruptibilis carnis, & istius vitæ infirmæ gementium spes vna est, quòd aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum, iustum & piũ, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum. Vides ideo dicere August. piorum omnium spem vnã esse, in sanguine Christi, quia cùm nullus pius hîc viuat sine peccatis, certitudo perueniendi ad regnũ, in Christi sanguine est, per quẽ condonantur peccata quæ per infirmitatem sunt admissa: nõn tamen ex eo cõsequens est, quòd omnis virtus nostra, omnísque operatio sit iniustitia, aut certè ad iustificationẽ nihil conducat. Lib. 3. cõtra epist. 2 Pelag. c. 5. istud explicat August.

Quod autem dicitur, rectè dici de virtutibus

Pſal. 142. *noſtris illud Pſalmi: Domine, ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo: rectè quidem hoc dici poteſt de vniuerſo vitæ noſtræ, quamlibet ſancto, curſu: quia quamdiu in hac fragili carne viuitur, non eſt tam perfecta vita piorum, vt ab omnibus maculis ſit immunis. Non autem rectè dicitur de ſingulis piorum virtutibus, quòd non poſſunt conſiſtere in Dei iudicio, vt ſatis ſuperiùs oſtẽſum eſt.*

OCTAVA PROBATIO.

OMnes pij cùm vel ſepties in die cadãt, omnibus horis coguntur, ſupplices ac proſtrati coram throno gratiæ, men-

Math 6. dicantes vociferari: Remitte debita noſtra, atque ita precario imputationẽ iuſtitiæ Chriſti impetrare.

RESPONSIO.

Reſpondet Auguſt. Ipſa noſtra iuſtitia, quãuis vera ſit, propter veri boni finem ad quem re-

Lib. 19. de ciuit. Dei cap. 27. *fertur, tamen tanta eſt in hac vita, vt potius peccatorũ remiſsione conſtet, quã perfectione virtutũ, hoc eſt, perfecta operatione virtutũ. Hilarius*

Contra Iulianum li. 2. cap. 8. *quoque, quem citat Aug. Spes (inquit) in miſericordia Dei, in ſeculum ſeculi eſt. Non enim illa ipſa iuſtitiæ opera ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei etiã in hac iuſti-*

iustitiæ voluntate, humanarum demutationum & motuum non reputet vitia.

Talis igitur est iustitia piorũ in hac vita, ex fide viuentium, vt ipsa sola ad vitam obtinendã non sufficeret, nisi etiam fide impetrarent eorum delictorum, quæ crebrò per fragilitatem admittunt, veniam. Pro quibus debitis Deo satisfaciũt (vt ait Aug.) oratio dominica, & eleemosyna. Ench. ca. 71. & 72. *Sed ex hoc non est consequens, quòd in pijs nihil sit iustitiæ, quod coram Deo consistere possit: & propter quod coram Deo iustificari possint. Sed hoc tantùm consequitur, quòd piorum in hac vita omnis iustitia nondum sit perfectissima.*

NONA PROBATIO.

CHristus in parabola quam proponit de seruo ex agro reuerso, quem iubet Dominus prius sibi ministrare & parare, & tum demum cibum capere, nec illi prò indefessis operibus vllas gratias habet, concludit homines omnes, atque adeò vel ipsos Apostolos sanctissimos, etiamsi omnia perfectissimè fecissent quæ Deus mandat, debere dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus, fecimus. Et qui præstat quod debet, nihil prorsus meretur. Lucæ 17.

RESPONSIO.

In alia parabola Christus pronunciat, seruos qui sedulò & strenuè negociati essent, & quæstũ
Math. 25. *Domino fecissent, bonos & fideles esse seruos, & illis pro suis fidelibus operibus præmium decernit & mercedem. Et Paulus quoque pios homines,*
2. Tim. 2. *pronunciat vasa vtilia Domino, & ad omne opus bonũ parata. Cùm igitur Spiritus S. sibi ipsi in verbis suis contrariari non possit, intelligendũ est, interprete D. Amb. & Beda, Christum, dum iuberet Apostolos agnoscere & profiteri se esse seruos inutiles, etiamsi præcepta impleuissent, admonuisse eos, vt humiliter de se semper sentirẽt, & quid, qualésue ex se essent: quales verò ex dono gratiæ Dei, considerarẽt. Item, quid ab illis summo iure tanquam Dominus exigere possit, & quid de illis tanquam benignus pater statuat. Quam Christi admonitionem Paulus obseruans, profitetur se minimum Apostolorum, séque indignum censet appellatione Apostolica: scilicet se metiens ex semetipso: qui mox tamen ex dono*
1. Cor. 15. *gratiæ Dei, cui cooperatus esset se metiens, sanctè gloriatur, æqualem se esse etiam primariis Apostolis, ita vt ferè se illis anteponat.*

DECIMA PROBATIO.

TOtá scriptura quasi ex professo eô directa est, vt cõcludat omnes sub peccatũ, & conuin-

conuincat omnes esse perditissimos peccatores. Vnde vult Deus omnes supplices dicere: Tibi Domine iustitia ac gloria: nobis verò confusio faciei: coram te nemo est innocens, si iniquitates obseruaueris. Daniel 9. Psal. 129.

RESPONSIO.

Sicut cùm scriptura dicit, Deum conclusisse omnes tam Iudæos, quàm gentes, in incredulite, non astruit omnes semper manere sub incredulitate: sed hoc tantùm docet, incredulos ac perditos nasci: ita cùm dicit totum mundum subditum iustæ iræ Dei, nō significat totius mundi homines perpetuò esse in ira Dei cōstitutos, & impios, ac perditos peccatores, sed eos tales esse ex sua corrupta & vitiata natiuitate. Rom. 11.

Porrò Danielis precatio, atq; aliæ similis formæ, ad eos etiā pertinent, qui humiliter primùm agnoscunt sua peccata per infirmitatem commissa, deinde aliorum quoque peccata pia commiseratione student expiare.

VNDECIMA PROBATIO.

TOtum istud dogma de iustificatione per donum Spiritus sancti cordibus infusi, & per iusta opera, protestatur sacrificiū Christi nos ad plenum iustificare & seruare

non poſſe,eoq́; noſtra opera addēda. Vt quaſi debita menſura iuſtitiæ noſtræ, & pretium ſalutis noſtræ expleatur.

RESPONSIO.

Vaniſsima & calumnioſiſsima eſt hæc probatio. Non enim docent Catholici, iuſtificari homines per bona opera, vt iuſtitiæ & obedientiæ Chriſti tanquam inſufficienti bona eorum opera opitulentur: ſed quia docet eos ſcriptura, quòd non cōſtituit Deus eos ſaluos facere niſi per bona opera.
Heb. 5. *Factus eſt, inquit Paulus, cauſa ſalutis, ſed obtēperantibus ſibi, hoc eſt, iuſtam vitam agentibus,*
2. Tim. 2. *& iuſtitiam colentibus. Item: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Quiſquis aūt legitimè certauerit, accipiet coronam iuſtitiæ.*

RESTAT vt de tertia ſententia, qua acquirendæ iuſtificationis modum explicant, dicamus: Ea autem eſt huiuſmodi.

Per ſolam fidem iuſtificamur, ſeu per ſolā fidem in Chriſtum ac eius iuſtitiam, gratiam Dei & reconciliationem apprehendimus, cōſequimur, & nobis applicamus.

Huius ſententiæ alterum membrum, nempe, per fidem peculiariter nos apprehēdere Chriſtū, Chriſti iuſtitiam ac generaliter Dei promiſsiones: probant ex ipſius fidei natura. Alterum,

nempe, solam fidem esse, qua apprehendat iustitiam Christi, & promissiones, probant ex ratione promissionum Dei, in Euangelio propositarũ, quia videlicet sunt gratuitæ.

Verùm probationes has, & veritati, & diuinis literis aduersari, nos è diuerso probabimus.

Primò. Quæ sit fidei natura & ratio, docet nos Apostolus Paulus, dum scribit: fidem esse argumentum non apparentium, hoc est, firmum assensum, quo animus rebus, quas non potest ratione comprehendere, firmiter, tanquam conuictus authoritate Spiritus Sancti, mentem illustrantis & persuadentis, assentitur. Heb. 11.

Ad fidei igitur naturam & substantiã per se nihil aliud pertinet, quàm vt veritati verbi diuinitus reuelati & propositi assensum adhibeat firmum, credatq́; firmiter, & sine hæsitatione, verum esse, quod in verbo proponitur. Sicut de Thessalonicensibus testatur Apostolus, quòd cùm accepissent verbũ auditus Dei, acceperint illud non vt verbum hominum, sed sicut verè est, verbũ Dei. Quod autem animus veritati creditæ afficiatur, eam desiderando, amando, expetendo, aut amplectendo, id iam non ad fidei naturam & substantiam, sed ad donum gratiæ Dei, eiusmodi affectum, amorem, desiderium, & denique supplicationem, siue preces ad rem creditam cõ- 2. Thess. 2

sequendam, obtinendam, impetrandam, voluntati inspirantis.

Ex quo constat manifestè, quòd quando promissio Dei, vtputa de peccatorum remissione, reconciliatione, & iustificatione, homini misero & perdito proponitur, ad fidem pertineat assensum præbere promittenti Deo, quòd videlicet possit, & velit donare homini bona promissa: verùm quòd homo promisso bono afficiatur, illud desideret, & expetat, ac pro eo consequẽdo supplicet, ac tandem illud amplectatur, id non ad fidem pertineat, sed ad amorem et sanctum desiderium, voluntati per donum Spiritus Sancti inspiratum, & infusum.

Probari id etiã potest ex eo, quòd fides ita facit credentem assentiri his à quibus abhorret, nempe futuræ damnationi impiorum, atque promissioni gratiæ, & vitæ æternæ.

Æquè manifestũ est & illud, quòd ad consequendum & obtinendũ bonũ promissum, plus faciat & cõducat boni illius desiderium & amor, quàm assensus, quo creditur promittenti, quòd possit & velit illud fideliter donare. Ex his igitur manifestè & necessariò consequitur, non propriè aut peculiariter ad fidem pertinere, bonum promissum apprehendere, consequi, & impetrare: sed verius, & magis propriè ad volũtatis bonum affectum,

affectum, & desiderium erga bonum promissum. Vnde in paradigmate illo sæpius hîc ĩculcato, de manu benigni patris cœlestis, tãquam prædiuitis Domini, offerentis mendico & egenti bona sua: & de manu mendici hominis, apprehendente, & acceptante oblata bona, manus egeni acceptantis oblata bona: rectius pium affectum ad bona fide cognita, & pium desiderium, designat & exprimit, quàm fidem, per quam oblatum bonum tantùm cognoscitur, & promittens aut offerens, fidelis & verax in sua promissione creditur. Non igitur ad solam fidem pertinet: apprehendere, consequi, obtinere, & impetrare bonum promissum à Deo, sed etiam ad bonam & piam voluntatem, imò ad eam iure potiore quàm ad fidem.

Secundò. Id ex scripturis quoque certissimum est, quæ non soli fidei, sed modò pœnitentiæ, modò orationi, modò operibus misericordiæ erga proximos, modò Sacramentorum perceptioni, bonorum diuinitus promissorum consecutionem adscribunt. Constat Publicanum non credendo, Lucæ 18. *sed supplicando, & ingemiscendo apprehendisse iustitiam, & iustificatum esse.*

Rursus ad seruũ nequàm dicit Dominus: Omne debitum remisi tibi, quoniã rogasti me. Rursus: Ergo & gentibus dedit Deus pœnitentiã ad Math. 18. *salutem. Item: Pœnitentiam agite, et baptizetur* Actuũ 11. Actuũ 2.

vnus-

vnuſquiſque in remiſsionem peccatorum. Et de
Lucæ.7. *Magdalena ſcribitur, quòd dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.*

Dictum quidem eſt ei à Christo: Fides tua te ſaluam fecit: ſed vides nō ſoli fidei id tributum, ſed etiam dilectioni & pijs lachrymis. De Niniuitis etiam ſcribitur: Et vidit Deus opera eorum Ionæ 3.
quia conuerſi ſunt, & miſertus eſt ſuper malitia, quam cogitauerat facere eis. Et de promiſsione æternæ vitæ ſcribitur manifeſtiſsimè Matthæi 25. Poſsidete regnum Dei, quia opera miſericordiæ exercuiſtis. &c.

Ex his ſatis probatum videtur, adeò fidei proprium & peculiare non eſſe, iuſtitiam ſiue promiſsionem quamlibet apprehendere, vt potius affectui & voluntati piæ, per quam hoc obtinet fides, ſit tribuendum: fidei autem illa nominatim & frequenter tribui in ſcripturis, quia omnis pius affectus ac pium deſiderium ex fide originē habet, non autem quaſi ſoli fidei bonorum conſecutio attribuenda ſit.

Tertiò. Ex iam propoſitis ſcripturis, etiam alterum illud ſatis apertè confutatur, quo dicitur ſola fides apprehendere iuſtitiam Chriſti, & bona per Chriſtum promiſſa: quodq́; promiſsiones Chriſti ſint gratuitæ. Manifeſtiſsimum eſt enim, quòd promiſsiones de iuſtificatione, recōciliatione, &

ne, & gratia Dei, requirant conditiones quasdã à credentibus, vtpote, pœnitentiæ, orationis, operum misericordiæ, humilis susceptionis sacramẽtorum, vt bona promissa possint consequi. At de promissione æternæ vitæ non consequendæ sine studio & conditione bonorum operum, superfluũ fuerit testimonia adducere ex sacris literis.

Nec ob id dicuntur euangelicæ promissiones gratuitæ (quod ex antedictis manifestum est) quòd nullam conditionem præscribant aut exigant: sed quia sine Dei gratia quicquid agitur ad earum fructũ cõsequendum, est inutile. Quicquid enim homo agit bene, aut potius conatur bene agere, siue per vires lib. arbitrij, siue per legis doctrinam, ad consequendam aut reconciliationem, aut iustitiam, aut vllũ à Deo promissum bonum, inualidum est & inutile. Sed de hoc prolixius dicendum erit in diluendis obiectionibus aduersariorum ex scripturis perperã intellectis.

His constitutis breuiter, ad examinandas scripturas & obiectiones aduersariorum, contra Catholicam veritatem propositas, accedamus.

PRIMA PROBATIO.

PAulus adfirmat nos sola fide iustificari, quia habet locutiones æquiualẽtes particulæ (sola) vt cùm inquit: Scimus quoniã

Galat.2. non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Quod dicit, non iuſtificari niſi per fidem, non eſt aliud, quàm hominem ſola fide iuſtificari. Quia (non niſi) æquiualet voci (ſola) Sicut dum dicit: Non eſt

Rom.13. poteſtas niſi à Deo, idem planè vult, ac ſi diceret: Omnis poteſtas nō eſt niſi à ſolo Deo.

QVARTA PROBATIO fere cum prima conſentit.

Sæpiſsimè Paulus dicit, nos iuſtificari fide ſine operibus, non ex operibus, nō ex vobis, ſine lege, non ex lege, gratis: Sed iſtæ particulæ, & ſententiæ, æquiualētes ſunt cum particula (ſola) Cur ergo nefas eſſet, perſpicua & breui voce (ſola) idem dicere, ſola fide iuſtificamur: præſertim cùm patres ſæpiſsimè ijs ipſis verbis ſententiam Pauli efferant: Nos ſola fide iuſtificari?

AD VTRAMQVE RESPONSIO.

Superius ſatis, vt opinor, diligenter & perſpicuè demonſtratum eſt, Paulum, dum aſſerit tam ſtudioſè: hominem non iuſtificari ex operibus: intelligere ea tantùm opera, quæ abſque fide fiūt per vires lib. arbitrij, doctrina legis ſola adiuti. Manifeſtum eſt enim opera ſiue etiam legem, opponi

opponi ſemper fidei. Gentes, inquit Paulus, apprehenderunt iuſtitiam quæ ex fide eſt: Iſraël verò in legem iuſtitiæ non peruenit: hoc eſt, iuſtitiam veram non apprehendit, nec eſt aſſecutus: quia non ex fide, ſed ex operibus ſcilicet, peruenire ad veram iuſtitiam ſtuduit. Nónne luce meridiana clarius eſt, opera ea demum intelligi à Paulo, quæ ſine fide ſunt facta? Rurſus: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt in illo inueniar non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide Chriſti. Nónne legē fidei opponit? & addit, quæ ex Deo eſt, non ex nobis, aut ex noſtra virtute: vnde ſuam illam negat, hoc eſt, non ſuis viribus partā. Quæ ex Deo eſt (inquit) iuſtitia in fide, ſiue per fidem. Diligenter hoc admonuit Aug. Audi, inquiens, & intellige, non ex operibus dictum tanquam tuis ex teipſo.

Rom. 9. Philip. 3. De gratia & lib. arb. cap. 8.

Iſtud ſi diligenter conſideretur, continuò euidentiſſimum erit, particulas iſtas (quibus Paulus vtitur, dum de iuſtificatione gratuita differit) iuſtificamur ex fide: non ex operibus: non niſi ex fide: non ex nobis: non ex lege: item ſine operibus, haud quaquam idem valere, quod particulā, (ſola) Nam ſecundum verum Apoſtoli ſenſum, illæ particulæ non excludunt quælibet hominum opera, etiam ea quæ ex fide facit iuſtificandus, vt iuſti-

iuſtitiam conſequatur: aut quæ facit iam iuſtificatus, vt amplius iuſtificetur: ſed ea tantùm, quæ abſque fide per ſolum lib.arb. fiunt. Eſt enim ſenſus verborum Pauli: Iuſtificatur homo ex fide ſine operibus, hoc eſt, non ex operibus, ſcilicet illis quæ facit homo ſine fide, &c.

Porrò perſpicuũ eſt, ex eo ſenſu non poſſe rectè inferri, quòd homo ſola fide iuſtificatur. Excludit enim in ea ſentẽtia vox (ſola) ſecundũ proprium ſermonem, quo rectè intelligunt eam defenſores huius doctrinæ, non ſolùm ea opera quæ Paulus excluſa vult, ſed generaliter quælibet opera, etiam pœnitẽtiam, aut orationem pro obtinenda iuſtificatione: item & iuſta opera quæ operantur iuſtificati, vt amplius iuſtificentur, & vitam æternam conſequantur.

Quòd ſi verò particulæ illæ, quibus Paulus ſuas ſententias explicat, generaliter acciperentur, & non attemperarentur ad mentem & intentionẽ Pauli, tũ ſanè verũ eſſet, quòd clauſulæ illæ (ſine operibus: non ex operibus: non ex vobis: non ex lege: non niſi ex fide) æquiualerent cum particula (ſola). Et rurſus è diuerſo verum eſt, quòd ſi particula (ſola) attẽperetur ſimiliter, & reſtringatur ad certorum operum tantũ excluſionem, rectè, & ad intentionem Pauli dici poſſe: ſola fide hominem iuſtificari, hoc eſt, ſic fide, vt nullorum

operum,

operum, quæ ex nobis fiunt sine fide, respectus habeatur à Deo. Atque hoc sensu patres leguntur asseruisse sententiam: sola fide hominē iustificari: vt nota illa exclusionis (sola) nō aliud excludat, quàm illæ voces apud Paulum: Non ex operibus, non ex vobis, non ex lege.

Est autem luce meridiana manifestius, quòd quando Apostolus negat nos iustificari ex nobis, non excludat nostram cooperationem cum Deo, vel in operibus pœnitentiæ, quæ ad iustificationem requiruntur: vel in operibus bonis, quæ à iustificatis fiunt. Sed tantùm opponit nostram operationem, quam per nostras vires facimus, operationi, quam non ex solis nobis facimus: sed quam adiuti adiutorio gratiæ Dei facimus. Sicut igitur ex eo quod docet Paulus, nos non iustificari ex nobis, non licet inferre, nos non iustificari ex vllo opere, quod etiam Dei gratia adiuti facimus: ita non licet ex eo quod Paulus dixit, nos non iustificari ex operibus, inferre quòd non iustificamur ex operibus pœnitentiæ, quæ cooperante gratia Dei facimus. Et ex illorum dictorū nullo licet generaliter inferre, nos iustificari sola fide, hoc est, fide, sine vllis omnino quacunque ratione factis operibus.

SECVN-

SECVNDA PROBATIO.

CHriſtus Archiſynagogo ſolicitè opem imploranti pro filia,dixit:Noli timere, tantummodo crede:oſtendens ſola fide ab ipſo patre cœleſti omnem opem impe-
Marci 5. trari.Soli ergo fidei tribuit ſcriptura,quòd gratiam Chriſti,& opem Dei conſequamur. Similiter dum dixit vni ex turba deprecāti pro
Marci 9. filio ſuo: Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti.

RESPONSIO.

Conſiderādum eſt,in hiſtoria illa Marci 5. deſcripta,quòd Archiſynagogus ad Ieſu pedes procidit,& deprecatus eſt eum,non frigidè,ſed multùm. Quid huic quæſo humili & ſupplici precatori præſcribendum erat,niſi vt firma & certa fide crederet, eum cuius opem implorabat, eam poſſe præſtare,tanquam verum Deum,cui omnia poſsibilia ſunt: corrigeretq́; illum errorem, quo exiſtimabat,eum non niſi præſentem poſſe opem filiæ præſtare?Sic igitur affecto id vnum erat dicendum,Tantummodo crede.vbi manifeſtiſsimū eſt,excluſiuam notam(tantummodo)non excludere omnem Archiſynagogi laborem,ſed tantùm hoc ſignificare,quòd ad ſupplicem deprecationem & ardentem,quam narrat Euangeliſta, addenda

addenda restaret fides. Ad eundem quoque modum impio pœnitenti & supplicanti, & de impetranda venia vacillanti, id vnum dicendum esset: Tantùm crede, Deum & posse & velle tibi cõdonare quæ deliquisti in ipsum: non tamen ex eo consequens esset, sola fide hominem consecutum esse veniam. nam & per supplicem deprecatione͂, & dolorem de admissis peccatis, simul cum fide consecutus est eam.

Et plebeius ille deprecans Christum pro filio, de fide instruendus erat, qua crederet, Iesum posse opem ferre filio, de quo eum dubitasse constat, dũ sic precatus est: Domine, si quid potes, adiuua me. Marci 9.

TERTIA PROBATIO.

SIcut sola notitia omnem doctrinam, ita sola fide, & credendo, omnem promissionem, præsertim gratuitam, accipimus.

RESPONSIO.

Superius satis ostensum est, promissiones de gratuita iustificatione nõ sic intelligendas, quasi nihil aliud à Deo exigatur ad eas consequẽdas, quàm fides: sed quia nihil fieri possit ad eas consequendas conducibile, nisi ex præcedenti Dei gratia præueniente fidem, deinde inspirante spiritum orationis & pœnitentiæ. Quo considerato,

perſpicuum eſt, non rectè dici, ſola fide, & tãtùm credendo, hominem iuſtificari.

Deinde ſi promiſsiones eſſent prorſus gratuita, non requirentes aliquid operis præparatorij, ne ſic quidem verum eſſet, ad fidei naturam pertinere, accipere, aut apprehẽdere promiſsionem: ſed hoc etiam tum pertineret ad voluntatis piũ deſiderium & amorem: ad fidei enim naturam hoc tantùm pertinere oſtenſum eſt, vt credens fidelem habeat promiſſorem; non autem quòd pia voluntate expetat bonum promiſſum.

Quid efficiat Paradigma illud de larga manu Dei promittentis, & mendica manu hominis egeni, oblatum bonum accipientis: dicetur circa probationem ſeptimam.

QVINTA ET SEXTA PROBATIONES ſatis ſunt ſuprà confutatæ.

SEPTIMA ET OCTAVA PROBATIO.

NOS reuera ſumus coram Deo egentiſſimi mendici, & omnia quæ habemus, præſertim ante reconciliationem, gratis, precarioque conſequimur. Sicut igitur mendicus quiſpiam à prædiuite quopiam & liberali gratuitum victum & veſtitum conſequitur, per hoc quod promiſsionibus, quibus gratis

gratis & vltro suam beneficentiam offert, credit, & de eius optima voluntate nihil dubitans, eam expetit & amplectitur, non adferens vlla erga promissorem merita, dignitatē, aut opera, qualitatē'ue: ita de homine quoque egeno, promissiones Dei accipiente, sentiendum videtur.

RESPONSIO.

PAradigma hic propositum, & sæpè repetitū si accuratè excutiatur, comperietur euidenter, non pertinere ad solius fidei naturā consequi iustitiam, & quæuis Dei bona, ab eo credentibus promissa, sed magis ad volūtatem bonā ea bona quæ promissa sunt expetentem, desiderātem, & pro eis consequendis solicitum præstare ea, quæ ad ea consequenda promissor Deus exigit & præscribit. Sicut igitur mendicus & egenus victum aut vestitū à prædiuite aliquo oblatum non consequitur per hoc solum, quòd nihil addubitat de fide & beneuolentia promittentis & offerentis, sed magis per hoc, quòd nihil addubitans de fide promittētis, victum & amictum desiderans, pro illo supplicat, ac grata voluntate illum acceptat: ita mēdicus spiritualis bona à Deo promissa, præsertim iustificationē, & reconciliationē cum Deo, nō per hoc solū sibi cōtinuò applicat, quòd

cat, quòd credit promittentem Deũ eſſe fidelẽ & veracem,& eſſe beneuolum erga mendicum:ſed magis per hoc,quòd de promittentis fide,& bona voluntate nihil addubitans,ea pio affectu deſiderat,appetit, amat,& ſolicitè ſtudet ea praſtare, quæ ad conſequendam reconciliationem ſunt à Deo praſcripta:qualis eſt humilis ſupplicatio, humilis pœnitentia,ſacramentorum perceptio,cum certa ſpe,promiſſa conſequendi.

Vides in hoc Paradigmate, acceptantis munus rationem,meliori iure,piam voluntatem,& ſtudioſè ambientem diuinam opem, humilitérque pro ea ſupplicantem obtinere,quàm fidem: cuius proprium munus eſt , promittenti fidẽ adhibere. Sed hæc ſuperius ſatis demonſtrata ſunt.

Aduertendum quoque hîc eſt,quòd varietas ſermonis, dum interdum dicitur,nos fide apprehendere iuſtitiam , interdum nos fide conſequi iuſtitiam, interdum, nos fide acceptare iuſtitiã, in errorem perducere poſſit minus peritum lectorem.Nam acceptare rem oblatam,propriè rationis & voluntatis eſt: conſequi autem,aut apprehendere(quod pro conſequi vel obtinere accipit Rom.9. *Paulus, quando dicit:fide apprehendi iuſtitiam, non operibus)non ſignificat voluntatis aut rationis operationẽ , ſed idem valet,Aug.interprete,* De ſpiritu & litera cap.28. *quod peruenire ad iuſtitiam.Vnde rectè dicimus,*

quòd per pœnitentiam, & cordis conuersionem peruenimus ad iustitiam, sicut per fidem consequimur iustitiam & obtinemus. Non autem propriè dicitur, quòd per pœnitentiã vel orationem acceptamus iustitiam. Hoc ergo obseruandum est quòd quando dicit Apostolus, nos fide apprehendere iustitiam, non ad acceptationem iustitiæ, (quæ fit per voluntatem) respiciat Apostolus: sed hoc tantùm doceat, quòd fide peruenimus ad iustitiam: quod alia scripturarum loca tribuunt etiam operibus ex fide factis: vt superius satis ostensum est.

Quando ergo tantoperè contenditur, fide sola apprehendi iustitiam, obseruandum est, quid per apprehensionem designatum velint, an acceptationem, an consecutionẽ: & retinendum est, quòd Apostolus intelligat, apprehendere iustitiam per fidem, esse consequi iustitiam: quod & de operibus ex fide factis verè dicitur. Non autem acceptare iustitiam, quod de operibus etiam ex fide factis non eadem ratione ritè diceretur.

Hactenus de tribus (sola) vt ita loquar, de sola imputatione iustitiæ, de sola iustitia Christi imputata, & de sola fide apprehendẽte iustitiam Christi imputatitiam dictum est. Nunc de quarto, sola, tria verba addenda sunt: cùm quæritur, An per solum Christum iustificemur.

Ex ijs quæ hactenus demonſtrata ſunt, manifeſtum eſſe credimus: Primùm, ſolum Chriſtum eſſe promeritorem, authorem & donatorem omnis gratiæ & omnis iuſtitiæ, videlicet tam initij iuſtitiæ, quàm progreſſus & cõſummationis: nec ſine eius merè gratuito dono, poſſe nos habere quicquam ſalutaris iuſtitiæ. Deinde & hoc quoque, Chriſtum non eſſe ita promeritorem & donatorem iuſtitiæ, vt in negotio iuſtificationis omnem hominis cooperationem reijciat, nec ea ad iuſtitiæ acquiſitionẽ velit vti. Imò potius eum requirere quaſdam conditiones & qualitates ab eo qui iuſtificari ambit, quas tamen ſine eius gratia & dono habere & præſtare nõ poteſt; quales ſunt in negotio obtinendæ reconciliationis, conditiones pœnitentiæ, orationis, eleemoſynæ, Sacramẽtorum, aut ſimiles.

Ex quibus ſatis intelligimus, quòd quando per ſolum Chriſtum iuſtificari hominem dicimus, aut legimus ſcriptum, per voculam (ſolum) non excludi quælibet alia à Chriſto, non affectus & operationes ſalutares ex Dei gratia conceptas & factas: ſed tantùm operationes propria noſtra virtute ſine fide meriti & gratiæ Chriſti factas. Intelligimus & hoc rectè dici, quòd non per ſolum Chriſtum iuſtificemur, ſed etiam per pœnitentiam, & orationem, & eleemoſynam: quoniam

niam per hoc quod dicitur, per solum Christum iustificari hominem, excluditur omne aliud à Christo secundùm proprietatem generalis sermonis.

Hactenus non de tribus tantùm, sed de quatuor (sola) satis dictum putamus, & ostensum per clarissimas scripturas, quòd neq; sola imputatione iustitiæ iustificamur, neq; sola Christi iustitia imputata iustificamur, neq; sola fide, Christi imputatiuam iustitiã, aut etiam eam quæ vera est iustitia, apprehendimus & consequimur: Denique neque per solum Christum iustificamur: si, dum dicis solum Christum, omnem hominis cooperationem concurrentem cum Christo exclusam intelligas generali sermone. Ex quibus æquus lector potest perspicere, doctrinam, quæ de iustificatione in Concilio Tridentino tradita est Sess. 6. *& approbata, & toti Ecclesiæ indicta, veram esse & solidam, ac sacris literis, propheticis, & Apostolicis per omnia consentientem.*

Confutatio calumniosissimæ criminationis doctrinæ Iesuitarum.

H*Aud temerè in calce tractatus de iustificatione, & fide iustificãte, acerbissimam inuectiuam scribunt aduersus detestandam, ethnicam, & impiam (vt aiunt) Iesuitarũ*

nes charißimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. An qui hoc scribit, oblitus tibi prorsus videtur paßionis Christi, & iustitiæ eius, cùm officia pietatis in dictis sex modis comprehẽsa, disertè scribat præstari in Christo Iesu, siue per meritum ac gratiam Iesu Christi, atque per virtutem sanguinis eius, qui in singulis officijs dictorum modorum operatur, & per eos operatur peccatorum expiationem, sicut de singulis hoc certißimè testãtur scriptura? Verùm vide calumniosam malitiam. Cùm tam disertè faciat author, in ipsa conclusione sermonis de sex modis expiationis, mentionem Christi Iesu, scriptores isti postremam clausulam (in Christo Iesu) non adscribunt: sed dicentes, &c. dolosè eam reticent. Cùm enim recitassent verba illa catechismi: his, alijsque modis & officijs veræ pietatis cõparamus atq; præstamus, asscribunt &c. nec addunt quod mox sequitur, etiam in Christo Iesu ea præstamus: ne si illud fideliter, vt debebant, adderent, malitiosæ calumniæ conuincerentur.

Solida est igitur Catechismi doctrina, quæ ex scripturis colligit varios modos expiandi peccatum: quorum tamen singuli sanguine Christi nitantur, & sine sanguinis applicatione, ad peccati expiationem inutiles essent & inefficaces.

Quid

Quid enim operari poſsit vel etiam ſacramentũ abſolutionis & pœnitentiæ ſine ſanguine Chriſti? Quid contritum cor, & ſpiritus contribulatus ſi à ſanguine Chriſti ſeparatus, humanum tantùm opus ſit? Sic & de eleemoſyna, & alijs recitatis modis ſentiendum eſt.

Non eſt igitur æquum, vt propter huiuſmodi malitioſas calumnias, patiantur Chriſtiani homines ſynceram & breuẽ inſtitutionem Chriſtianæ religionis, ex manibus excuti: ſed ea inſtitutione & doctrina rectè percepta, atque intellecta, animos ſuos corroborent, atque confirmẽt aduerſus deceptionum & ſeductionum improbiſsimarum pericula.

Caput VII. De bonis operibus.

IN hoc capite approbantur quidem bona opera, Deóque grata eſſe aſſeruntur: verùm multiplex error, iſq́ religioni & catholicæ doctrinæ contrarius, de operibus bonis, hîc traditur.

Matth. 15. *Primus* : Bona opera ea tantum ſunt, quæ Deus mandat. Nam fruſtra colitur Deus mandatis hominum.

Hunc errorem apertiſsima ſcripturarum teſtimonia confutant, quæ teſtantur opera placuiſſe Deo: quæ tamen ab eo diſertè mandata non fuerunt, quod ſuo loco ſatis copioſè oſtendetur.

Porrò mandata hominum, quibus frustra colitur Deus, ea intelligit Christus, quæ ab hominibus excogitata sunt, vel contra Dei legem, cuiusmodi erat mandatum de offerendo in templo eo quod ad victum & sustentationem parentum erat necessarium: quod mandatum ipse Christus contrarium esse docet mandato Dei: Honora parentes, vel certè quæ superstitionem magis præ se ferunt, quàm villam pietatem. Cuiusmodi erat crebra illa & superstitiosa manuum lotio, inter conuiuandum, & aliâs à Scribis, & Pharisæis vsurpari solita. Exod. 20. Marci 7.

Secundus error. Fiunt bona opera nō nisi à renatis. *Quē errorem confutant scripturæ illæ, quibus manifestissimè pœnitentiam, supplicationes, ac eleemosynas eorum, qui nondū renati sunt aut iustificati, Deum approbare docetur.*

Quòd August. docere scribitur, bona opera non præcedere iustificandum, sed sequi iustificatum, accipiendum est de operibus quæ sunt merita æternæ vitæ. Non enim vult negare August. cōtra apertissimas scripturas, pœnitentiam, quæ antecedit peccatorum remissionem, esse bonū opus. Sed hoc docere intelligēdus est, quod alibi dicit: Nullàne, inquiens, igitur sunt merita iustorum? Sunt planè, quia iusti sunt: sed vt iusti fierēt, merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt, cùm iusti- De fide & operibus cap. 14. de spiritu & litera c. 26 Epist. 105. ad Sixtū.

ficati

ficati ſunt, ſicut dicit Apoſt. Iuſtificati gratis per
Rom.3. *gratiam ipſius, per redemptionē quæ eſt in Christo Ieſu. Opera enim ea quæ fiunt à necdum iuſtificatus, etſi non fiant à ſpiritu inhabitante per gratiam & charitatem, fiunt tamen ab eo mouente per fidem, quam ab exordio inſpirat, & inſpirando ad iuſtificationem, hoc eſt, reconciliationem præparat.*

Tertius error: Non ſunt in hac vita opera bona perfecta, quia omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt vt pannus menſtruatæ.

Perfectam quidem non eſſe hominum in hac Iacobi 3. *vita iuſtificatorum iuſtitiam, catholici confitentur. Et quia per infirmitatem in multis offendi-* Pſal. 142. *mus omnes, ideo omni tempore iuſti clamant: Nō intres in iudicium cum ſeruo tuo, Domine, &c. Sed hinc non eſſe conſequens, bona ipſa opera, quibus Deus non offenditur: ſed quæ ipſe accepta habet, eſſe immunditias & peccata, id ſupe-* Lib. 1. cōt. 2. epiſtol. Pela. c. 7. *rius ſatis oſtendimus. Iuſtitia, inquit Auguſtinus, ſecundùm quam iuſtus in hac vita ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt. Quæ licet non immeritò in aliquibus iuſtis, pro huius vitæ capacitate, perfecta dicatur: parua tamen illa eſt, ad illam magnam quam capit æqualitas Angelorum, quā qui nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat,*

inerat, perfectum: & propter illam quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Sed planè minor ista iustitia facit meritum, maior illa fit præmium. Duplex igitur iustitia agnoscenda est: alia perfecta, alia nondum perfecta. Vtraque autẽ Dei legi satis fit: altera quidem perfectè, altera imperfectè, & vtraque iustitia est.

Quartus error: Pseudoapostolorum, Ebionitarum & Papistarum dogma est, quòd opera sint adeo ad salutem necessaria, vt planè impossible sit quemquam sine eis saluari.

Hãc calumniã apertissimè spiritus S. in plurimis scripturæ locis refutat, quibus contestatur, neminem coronandum, nisi qui legitimè certauerit, & eos qui faciunt iniquitatem, mittendos esse in caminum ignis æterni. Ad Pseudoapostolorum autem & Ebionitarum dogma, hæc tantùm doctrina pertinet, opera illa vetera, in sacramẽtis Mosaicis & sacrificijs posita, esse admiscenda Euangelicæ gratiæ, quasi gratia Christi ad saluandos credentes insufficiens esset. Sed nouerunt probè discrimen hoc operum catholici, & spiritus sancti doctrinam tradunt, dum docent neminem sine operibus, & obedientia legi diuinæ præstita, posse saluari, modò opportunitate operandi non destituatur.

2. Tim. 2.
Matth. 13.

Vide August. in li. de hæresibus, hæresi. 10.

Quintus error: Opera bona ob plures causas fa-

ſas facienda ſunt, videlicet propter mandatū Dei, vt glorificetur pater cœleſtis, vt iuuetur proximus, vt vitetur pœna: & quia peccando ſponte & cōtra conſcientiā, amittitur ſpiritus ſanctus, ſed nō vt per eā tanquā merita promiſsiones Dei conſequamur.

Hunc quoque errorem apertiſſimè confutat
1. Cor. 9. *ſpiritus ſanctus, exhortans per Paulum fideles, vt in agone huius vitæ ſtrenuè certent, & contendant ad obtinendum brauium & coronam cœle-*
Matth. 25. *ſtem. Item dum pronunciat Chriſtus, eos qui miſericordiæ opera ergà proximos fecerunt, propter*
2. Tim. 4. *illa ipſa opera accepturos eſſe regnum. Et Paulus audet diſertè dicere, ſibi propter fidelem ſuum in Euangelij prædicatione curſum, repoſitam eſſe coronam iuſtitiæ.*

Quod hic quoq; dicitur fidem peccando amitti, hic excutiendum non exiſtimamus.

Caput VIII. Summa doctrinæ.

PRofitentur diſertè etiam Catholici, ſummā doctrinæ Chriſtianæ in tribus primarijs capitibus poſitam eſſe: ſcilicet in doctrina de hominis prima inſtitutione integra & recta, & de peccato quod per inobedientiā primi parentis intrauit in genus humanum, deq; ſeueritate diuini iudicij cōtra peccatores; item de reparatione ho-

ne hominis lapsi per sanguinē Christi: postremò de ratione vitæ instituendæ post reparationem, & iustificationem à Deo per Christum impetratam. Neque in eo aduersariorum doctrinam nouitatis accusant catholici, sed quòd hanc summā doctrinæ tractantes, nouas explicationes, & omnium superiorum temporum doctrinæ contrarias adferunt: dum docent exempli gratia, non aliud esse pœnitentiam & contritionem, de qua scripturæ loquuntur, quàm agnitionē peccati & morbi humani: dum docent beneficia medici Christi, sola fide in Christum apprehendi: deniq; dum docent, fidem apprehendentem beneficia Christi, esse fidem iustificantem. de quibus superius satis pro præsenti instituto dictum putamus.

Caput IX. De discrimine legis & euangelij.

IN discrimine quod in huius capitis tractatu constituitur inter legem & Euangelium, obseruandum est, quòd vtrumque, tam euangelium quàm lex, pro doctrina partim nouo, partim veteri populo tradita accipitur. Doctrina igitur cœlestis patris in duas potissimum partes haud incongruè diuiditur: quarum altera est doctrina quam propriè lex tradit: altera, quam peculiariter tra-

ter tradit prædicatio euangelij. Ac lex quidē tradit mandata & præcepta Dei, quibus vt obediētiam præſtet homo, ſeuerè præcipit, cum commi-natione æternæ damnationis, ſi obediens fuerit: ac proinde non obedientes diuinis legibus, reos conuincit, & ſeueriſsimæ iræ Dei infeliciter obnoxios. Euangelium autem, hoc eſt, euangelica doctrina, homini, qui ex peccato ex origine vitiata contracto vitiatus & vulneratus, legi obedientiam præſtare non valet, & ſe id non poſſe agnoſcit, medicum à quo ſanari poſsit, & vires recuperare, quibus valeat Deo, eiúſque legibus ſubiectus viuere, oſtendit, ac reparationis rationem inſinuat.

Atque hactenus quidem rectè. Verùm cùm legi attribuitur, quòd per eam Deus exigat exactiſsimè ſemper omnia mandata fieri, & tale etiam cor & imaginem exhiberi ſibi & præſtari requirat, qualem initio in homine condidit: ſicque leges illas Dei accipiendas aſſeritur (Qui fe-
Leuit. 18 *cerit ea, viuet in eis: Hoc fac & viues: Si vis ad*
Luc. 10. Matth. 19. *vitam ingredi, ſerua mandata: Deus reddet*
Rom. 2. Deut. 27. *vnicuique ſecundùm opera ſua: Maledictus qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis huius, &c.) doctrina ſana deprauatur, & diſcrimen inter legem & euangelium falſum conſtituitur. Superius enim ſatis demonſtratum*

eſt, in

est, in hac corruptibili & mortali vita legibus Dei obedientiam veram & Deo acceptam praestari, nō quidem per absolutā & perfectissimā iustitiam, & mandatorum obseruationem, sed per eam quae ex sincera charitate & puro corde, Deo, eiusq; legibus praestatur.

Rursus quādo p euangelicā doctrinā effici dicitur prorsus gratuita condonatio & iustificatio, scilicet quae sola Christi iustitia constet, & quae excludat omnē hominis iustitiam (vti superius semper hoc explicatū est) deprauatur doctrina euāgelica. Atq; haec quidem de discrimine doctrinae legalis & Euāgelicae dicta intelligātur. Verùm inter legē & Euangeliū, siue euāgelicam gratiā, lōgè illustrius discrimē constituit Apostolus Paulus in epistola ad Corint. & ad Hebraeos. De quo discrimine Augustinus in lib. de spiritu & litera, & alibi, admodum eruditè disseruit. 2. Cor. 3. Heb. 8. Aug. cap. 20. de spiritu & lit. & lib. 3. contra 2. epistolas Pelag. c. 4

Caput X. De Ecclesia.

AD Christi Ecclesiam non tantùm pertinere eas oues Christi, quae eius vocē audiunt, hoc est, eos qui tāquam boni filij in patrem coelestem credentes, sermonem eius custodiunt, apud quos pater coelestis habitat: deniq; qui sunt fratres Christi & sorores, id manifestissimè demonstrant plurima scripturae testimonia. Comparati Matth.

parat enim diuina ſcriptura Eccleſiam areæ, in
Matth.13. *qua triticum & palea permiſcentur: rurſus agro, in quo ſunt permiſtæ bonæ fruges cum Zizanijs*
Matth.25. *& lolijs: item reti iacto in mare, tā malos quàm bonos piſces continenti: rurſus collegio decem virginum, quarum quinq; erant fatuæ, & quinque prudentes: denique viti, quæ palmites viuos*
Ioan.15. *ſimul & aridos contineat. Ex quibus euidentiſſimè conſtat, non bonos tantùm, ſed etiam malos ad congregationem illam & cœtum, qui eſt Eccleſia vera Chriſti, pertinere.*

Quod quoq; mali non tantùm permiſceantur bonis in Eccleſiæ ſocietate, ſed etiam pertineant ad compagem, & conſtructionem, ſiue ædificium Eccleſiæ, donec præciſi ſint aut excommunicati, aut ſponte per hæreſim & ſchiſma ab Eccleſiæ ſocietate & communione receſſerint, ſimiliter cla
Matth.18. *riſſimè teſtatur ſcriptura diuina: Si peccauerit, inquiēs, in te frater, corripe eū inter te et ipſum: ſi te nō audierit, adhibe duos aut tres teſtes: ſi illos non audierit, dic Eccleſiæ: quòd ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Paulus quoq; idem ſcribit Eccleſiæ quæ erat*
1.Cor.1. *Corinthi. Et ad Eph. in hunc modum: Et ipſe de-*
Ephe.4. *dit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſancto-*

rum,

rum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei. Rursus ad Corinth. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, secũdò prophetas, tertiò doctores, &c. Et in Actis: Posuit (inquit Paulus ad presbyteros & episcopos Mileti congregatos) vos spiritus sanctus regere ecclesiam Dei. 1. Cor. 12. Cap. 20. *Cùm autem Ecclesiæ doctores & pastores, vsque ad seculi consummationem non sint perpetuò boni & sancti, manifestissimum est ad corpus Christi tãquam membra pertinere etiam malos, qui vitæ sanctimoniam non colunt, & corpus, siue societatem Ecclesiæ construi etiam malis ex improbisq́; hominibus tanquam ex membris.*

Atque hanc doctrinam tradit Augustinus in libris contra Donatistas de baptismo, dum docet malos non esse quidem ita in domo Dei, vt sint ipsi quoque domus Dei, sed tamen eos pertinere ad compagem siue ædificium domus Dei. Non rectè igitur hic definitur, Christi Ecclesiã esse astringendam ad bonos tantùm fideles: cùm generaliter ad corpus Ecclesiæ pertineãt omnes, qui per fidem & baptismum semel Ecclesiæ incorporati, in ea permanent, donec aut eijciantur, aut sponte exeant. Lib. 7. cõtra Donatist. de baptis. ca. 51. Item li. 3. cont. epis. Parmeni. cap. 2.

Matth.3. Ioan.8. *Quòd Chriſtus inanem iactantiam Scribarum & Phariſæorum acriter refutauerit, qua ſe iactabant eſſe ſemen Abrahæ, oſtendens ſemen Abrahæ apud Deum cenſeri, cum quo pactum Deus inierat, quòd ſicut Abrahæ ipſi, ita etiam eius ſemini benediceret: quod & Paulus ipſe in* Rom.9. Galat.3. *epiſtola ad Roma. & Galat. diligenter facit: non probat ſolos ſpiritales homines, ſolúmque verum ſemen Abrahæ pertinere ad veram Chriſti Eccleſiam, ſed id tanùm probat, quòd mali nõ ſunt domus illa Dei, quam Chriſtus ſuo ſpiritu inhabitat, cuíque benedictionem iuſtitiæ & ſalutis æternæ, Abrahæ & ſemini eius promiſſam, imptitur.* Math.23. *Et manifeſtè ipſe Chriſtus Scribas & Phariſæos, quos negabat eſſe ſemen Abrahæ, præcipit audiri, tanquam ordinarios paſtores & doctores ſynagogæ, donec docendi officium, & Moyſi cathedra aliò transferretur. Pactum quo-* Deut 17. Geneſ.22. *que, quod Deus iniјt cum præſide cathedræ Moyſaicæ, lõgè diuerſum eſt à fœdere, quod iniјt Deus cum Abraham & ſemine eius. Illud enim pertinet ad gubernationem externam ſynagogæ, iſtud ad benedictionem internam & ſpiritualem.*

Verbum, & verũ vſum ſacramẽtorum, certa & indubitata indicia, certaſq; notas eſſe veræ Chriſti eccleſiæ, nõ rectè affirmatur: nã de eo quoque

inter

inter partes diuersas, quarũ qualibet sibi Ecclesia Christi titulum vendicat, constat vel primarium certamen esse: quanam scilicet vera sit verbi ipsius intelligentia, & quæ legitima ac recta sacramentorum administratio atque vsus.

Multò igitur rectius & solidius tradunt Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, Hieronymus, Vincentius Lyrinensis, certam, ac visibilem, ac infallibilem veræ Ecclesiæ notam esse, perpetuam & continuam successionem Episcoporum ab ipso beato Petro, super quem Christus ecclesiam suam ædificauit. Hæc enim perpetua & non interrupta successio, fidelis est custos, & conseruatrix Apostolicæ doctrinæ & traditionis. Numerate (inquit Augustinus) sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo patrum quis cui successit videte, ipsa est Petra, quam nõ vincunt superbæ inferorum portæ. Et alibi: Tenet me in Ecclesia consensio populorum atque gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commẽdauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum, &c.

Tertullia. nus de præscrip. hæreticorũ. Cyprian. lib. 1. ep. 3

In Psalm. cõtra partẽ Donat

Contra epist. fundam. ca. 4

Sic Iræneus: Traditionem (ait) Apostolorum in toto mundo manifestam in Lib 3. ca.

eccleſia, adeſt perſpicere omnibus qui vera velint audire. Et habemus annumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti epiſcopi in eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos. Sed quoniam valde longum eſt, in hoc tali volumine omnium eccleſiarum enumerare ſucceßiones: maximæ, & antiquißimæ, & omnibus cognitæ, à duobusglorioſiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceßiones Epiſcoporum peruenientem vſq; ad nos, iudicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiã præter quàm oportet colligunt. Ad hanc enim eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiq; fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndiq; conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio. Et deinde enumeratis Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis, ſubdit idem Irenæus: Hac ordinatione & ſucceßione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconatio, peruenit vſque ad nos. Et eſt plenißima hæc oſtenſio vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate. Hæc Irenæus.

Eſt &

Est & Hieronymi hac de re illustris sententia. Breuem (inquit) apertámque animi mei sententiam tibi proferam: in illa esse permanendum ecclesia, quæ ab Apostolis fundata, vsque in diem hanc durat. Sicubi audieris eos qui dicũtur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quodam alio nuncupari, vtputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses, siue Campates (adde Lutheranos, seu Caluinianos) scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quòd postea instituti sunt, eos se esse indicãt, quos Apostolus futuros prænunciauit. cõtra Luciferanos. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. 2. Pet. 2.

Huic Ecclesiæ, tanquam sponsæ suæ, & semetipsum, & omnia bona sua tradidit Christus. Nõ quòd quodlibet Ecclesiæ membrum continuò sit particeps omnium bonorum, sed quòd beneficiorum Christi, & fructuũ passionis ac mortis eius, possit in ea particeps fieri: extra eam verò minimè. Dedit quoque Ecclesiæ suæ potestatem clauium, sed in Petro & Apostolis, ac Apostolorum successoribus, idq́ eo ordine, vt ait sanctissimus ille pontifex Leo, vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter eas collocaret, vt ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij diuini intelligeret, qui ausus esset à Petri soliditate recedere. Epist. 84. ad Episc. Viennenses.

Comprehendit autem potestas clauium nō solùm authoritatem vocandi & constituendi in Ecclesia veros doctores: nec tantùm potestatem remittendi peccata, aut etiam retinendi: nec denique potestatem duntaxat excommunicandi contumaces, & pœnitentes reconciliandi Ecclesiæ, sed etiam potestatem controuersias in religione definiendi, & veram doctrinam à falsa discernendi, deniq; leges præscribendi, quæ ad ædificationem ecclesiæ, & charitatis lucrum, vt ait Bernardus, conducunt: quibus fideles subditi, obedientiam præstare propter conscientiā astringuntur. Quod præterquam quòd ex eo manifestum est, quòd potestas clauium, seu potestas pascendi siue regendi ecclesiam, potestatē vtiles gubernandis subditis leges præscribendi necessariò includat, etiam apertissimis scripturis demonstratur. Ea quæ constituerat Paulus in Ecclesia Corinthiorum ad ordinem conseruandum, audet dicere Domini mandata esse, ne quis ea tanquam ab homine præscripta, auderet vel negligere, vel contemnere. Rursus, præscripsit Timotheo suo, ne neophitum aut bigamum ordinaret Episcopum. Apostoli quoque in prima illa synodo Hierosolymitana, cùm intelligerent, ad Iudæorum & gentilium conciliationem vtile esse, vt gentes à suffocato, quod solenne erat Iudæis, abstinerent,

De dispē-sfatione et præcepto

1. Cor. 14.

1. Tim. 3.

Actuū. 15

stinerent, de eo decretum & legem statuerunt: quam Apostolus Paulus ecclesiis obseruandam commendauit. Ratio quoque illa, qua ad Roman. scribens Paulus, probat secularem potestatem habere legislatiuam potestatem, idem de Ecclesiastica potestate planè conuincit, quia Dei ordinationi vtrobique aut paretur, aut resistitur. Rom. 13.

Postremò ad Aërij damnatam hæresim pertinet, præscripta & stata ieiunia, aut preces indictas prætextu libertatis euangelicæ improbare. Hac potestate legislatiua ecclesiarum gubernatores, pastores, & præpositi ad dominandum ecclesiæ, & imperitandum abuti non debent, neque existimare dominos se esse Ecclesiæ: sed agnoscere, quòd à Christo constituti sunt in Ecclesia, vt sponsam suam ad æternam salutem consequendā, verbo, exemplo, sacramentorum administratione, opportunis deniq; mandatis adiuuent & prouehant. Principes gentium (inquit Christus) dominantur eorum: vos autem non sic, sed quicūque voluerit inter vos maior fieri, sit vester seruus. Sicut autem Ecclesia non est serua Petri aut Pauli, ita nec ipsa vicissim est domina Petri aut Pauli: sed eorum dominus est Christus, qui eos constituit ministros suos, vt ipsius vice Ecclesiam regant. Aug. in lib. de hæresi. hæresi. 53 1. Pet. 5. Math. 20.

Quod autem scribit Apostolus Paulus ad Ec-

cleſiam Corinthianam: Omnia veſtra ſunt, ſiue
1.Cor.3. *Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas: non inſinuat Eccleſiam eſſe dominam Pauli: ſed id potius, Paulum & Petrum, aut quemuis alium Apoſtolum, conſtitutum eſſe à Deo, vt miniſterium prædicationis euangelicæ plantando, rigando, vice ipſius Chriſti Domini ſui & magiſtri ſtrenuè exequatur, omneſq; ſeruire debere vtilitati fidelium: ad quorum ſalutem procurandam conſtituti ſunt.*

Quod hîc ſcribitur, iudicium ſupremum eſſe Eccleſiæ: ſi intelligatur de qualibet eccleſia, vbicunque in Chriſti nomine congregata fuerit, vel ex ipſa veteri ſynagoga cognoſci poteſt verum nõ eſſe. Conſtat enim ibi ſupremum tribunal & iudicium non fuiſſe particularis alicuius ſynagogæ, ſed vnicum illud totius populi Iudaici, quod in
Deut.17. *Hieroſolymis conſtitutum erat, cuiq; ſummus põtifex cum ſacerdotibus & Leuitis præſidebat. Ad hoc omnes cauſas grauiores, quæ in ſingularum ciuitatum ſynagogis diſſolui non poterant, iuſsit per Moyſem Deus deferri. Ita in Chriſti Eccle-*
Irenæus lib.3.ca.3: Cyprian. li.1.epiſt.3 & de ſimplic. prælat. *ſiã conſtituta eſt cathedra ſummi & ſupremi paſtoris, ad quam ſolam ſupremum iudicium pertinet, ſecundùm patrum perpetuam & conſtãtem doctrinam, docentium, grauiores quæſtiones de religione, & quæ vniuerſam eccleſiã concernunt,*

ad Apo-

ad Apostolicam cathedram referēdas. Postremò quod hic traditur, dogmata sine scriptura sacra admittenda non esse, superius confutatum est, cùm de norma veritatis ageretur, & infrà demonstrabimus copiosius. Leo epistola 89. Bernard. epist. 190.

Expendat, obsecro, pius lector, vtris magis fides adhibenda sit, antiquissimis ne illis Ecclesiæ doctoribus, Dionysio illi Areopagitæ diui Pauli discipulo, Irenæo martyri, Tertulliano, Origeni, Basilio, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Epiphanio, Vincentio Lirinensi, Chrysostomo, atque innumeris alijs, constanter docentibus, dogmata quædam citra scripturam tradita suscipienda esse: an potius nouitijs magistris, qui mordicus tuētur, soli verbo scripto fidem adhibendam.

Caput II. De Sacramentis.

QVIA non est huius scripti institutū, diligenter excutere quænam vera sacramēti finitio sit, hoc tantùm admonendum duximus, in eo quod hic dicitur: sacramenta esse externa quædam signa, ad hoc à Christo instituta, vt nobis gratiā Dei, & beneficia Christi non solùm testata faciant, sed etiam applicent: *catholicam posse esse sententiam, nisi applicatio ista sacramentorum ad consequendā Christi gratiam & beneficia, praua interpretatione* vi-

vitiaretur. Cùm enim profiteantur authores Confeſsionis quam confutamus, ſe Auguſtanæ Confeſsioni aſſentiri, conuincuntur ſub verbis catholicis explicationem Auguſtanam intelligere. Sic autem habet Cõfeſsio Auguſtana : Sacramenta inſtituta ſunt, non modò vt ſint notæ profeſsionis inter homines, ſed multò magis, vt ſint ſigna & teſtimonia voluntatis Dei erga nos, propoſita ad excitandam & confirmãdam fidem in his qui vtuntur eis. *Ad hunc modum ſi accipiatur applicatio ſacramentorũ, vt videlicet per Sacramenta oſtendantur promiſsiones beneficiorum, & peculiariter offerantur his qui vtuntur ſacramentis, ſed per fidem ſolam acceptentur, non eſt catholica doctrina. Catholica autẽ doctrina habet, fidem quidẽ requiri, ſed non illi ſoli promiſsiones beneficiorũ Chriſti, atq; effectum gratiæ Dei tribuendũ, ſed multò maximè ipſi efficaciæ ſignorũ à Chriſto inſtitutorum, iuxta ſcripturas, Ioannis 3. Epheſ. 5. & ad Titũ. 3.*

Talia (aiunt) ſacramẽta in nouo teſtamento potiſsimùm duo agnoſcimus. *Vbi quod aiũt, potiſsimùm duo; poſtea explicant in capite de abſolutione, ſe id videlicet addidiſſe propter abſolutionem, quam reliquis ſacramentis non putant annumerandam. Reliqua verò ſacramenta, Confirmationem, Ordinationem, extremam vnctionem,*

nem, & coniugium, Papiſtica dicunt ſacramenta, & nequaquā poſſe dici propriè ſacramēta. Verùm contradicit eis vniuerſa catholica eccleſia; quæ tum ex diuinis ſcripturis, tum ex patrū traditione, & conciliorum generalium authoritate, ea pro legitimis ſacramētis ſuſcipit et veneratur.

Ac de Cōfirmatione quidem teſtatur B. Lucas in Actis, quòd cùm Petrus & Ioannes veniſſent Samariam, & oraſſent pro baptizatis, in nomine Domini Ieſu imponebant manus ſuper eos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Et idem de Paulo alibi narrat Lucas: nempe, quòd accipiebāt ſpiritum ſanctum quibus manus imponebat. Actuū. 8. Actuū. 19

De Ordinatione ſcribit D. Paulus ad Timotheū à ſe ordinatū: Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij. Et in epiſtola 2. admonet eum, vt reſuſcitet gratiam Dei, quæ in ipſo erat per impoſitionem manuum ipſius. Et Dominus ipſe ſaluator inſufflando dixit Apoſtolis: Accipite ſpiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta ſunt. 1. Tim. 4. 2. Tim. 2. Ioan. 20.

De extrema vnctione notiſsima eſt Iacobi Apoſtoli doctrina. Iacobi 5.

De cōiugio autem fideliū extat doctrina apud D. Paulum in epiſtola ad Epheſios: Sacramētum (inquit) hoc magnum eſt: ego autem dico in Ephes. 5.

Chriſto

Chriſto & in Eccleſia.

Non ignoramus,*probationes ex iſtis ſcripturæ ſacræ teſtimonijs,aduerſarijs eccleſiæ non ſatis firmas videri: ſed ſanè eruditiſsimis patribus ſecus viſum eſt. Doctiſsimus ille Auguſtinus ex eis nihil dubitauit docere,confirmationē eſſe Eccleſiæ ſacramētū: Sacramētū chriſmatis(inquit) in genere viſibili ſignaculorū ſacroſanctum eſt, ſicut & baptiſmus. Similiter ordinationem eſſe eccleſiæ ſacramentum docet lib.2.contra epiſtolā Parmeniani cap.13.& lib.1. De bap.contra Donatiſtas cap.1.Vtrumque (inquit) ſacramentum eſt,& quadam conſecratione vtrumque homini datur:illud cùm baptizatur, iſtud cū ordinatur. Ideoq́, in eccleſia catholica neutrum licet iterari. Pœnitentiam quoque ſiue abſolutionem eſſe eccleſiæ ſacramentum,teſtatur lib.1.de adulterinis coniugijs cap.vltimo.Eadem (inquit)baptiſmi & reconciliationis eſt ratio.Denique extremam vnctionem eſſe eccleſiæ ſacramentum,apertiſsimè teſtatur lib.2.de viſitatione infirmorum cap.4.*

Lib.2.cōtra epiſt. Petiliani. cap.104. & lib.3.cōtra Donatiſt. de baptiſ.

Et lib, 2. cap.9.

Quamuis igitur venerabilis doctor Auguſtinus alicubi duo tantùm exempli cauſa ſacramenta adnumeret,baptiſmum ſcilicet,& celebrationem corporis & ſanguinis Domini,non eſt tamē exiſtimandus non cognouiſſe plura ſacramenta.

Lib. 3. de doctrina Chriſtia. cap.9.

Vnde

Vnde in commentario psalmi 103. baptismo & eucharistiæ etiam alia sacramenta adnumerat: Respice, inquit, ad munera ipsius ecclesiæ, munus sacramentorum in baptismo, in eucharistia, in cæteris sanctis sacramentis. Et epistola 119. ad Ianuarium cap. 7. ad rem sacratè significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, ad sermonem quidem multipliciter: ad celebrationem verò sacramentorum iam Christiana libertate parcissimè: sicut de aqua, de frumento, de vino, de oleo. Prudens hîc iterũ lector consideret, vtris æquius sit fidem adhibere: hominibúsne quibusdã nuper in ecclesia exortis, eamq́; doctrinæ nouitate perturbantibus: an perpetuo & constanti patrum ecclesiasticorum sensui & consensui.

Concione 1. aduersum: qui tigis aqua superiora eius.

Vetus illa calumnia, catholicos non requirere in vsu & administratione sacramentorum bonũ motum mentis, neque fidem, sed solum opus sacramenti, iam olim ab ecclesiæ doctoribus clarissimè depulsa est. Non enim potuerant catholici ignorare, quod tam disertè scriptum extat: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in remissionem peccatorum. Rursus: Si credis, licet baptizari. Proinde cùm hanc falsissimam calumniam tam multorum hactenus catholicorum scripta apertè confutauerint, miranda sanè

Act. 2.

Act. 8.

da sanè est impudentia eorum, qui quò simplicioribus imponant, eosq; post se trahant, huiusmodi mendacijs catholicorum doctrinam grauant, & odiosam reddere conantur.

Caput XII. De Baptismo.

IN hoc capite de cæremonijs, quæ iam inde ab ipso Ecclesiæ exordio in sacri baptismi administratione adhiberi consueuerunt, aduertat lector, à nobis nihil dici, & quæ hîc dicenda forent, in tractatum de cæremonijs reijci.

Caput XIII. De Baptismo infantum.

PVerorum & infantum baptismus in Confessione ista quam confutamus rectè approbatur & constituitur. Sed animaduertat lector catholicus, num rationes, quæ ad probationẽ baptismi infantum ex scripturis colliguntur, firmæ prorsus & solidæ esse possent, nisi fulcirentur vetustissima, & inde ab Apostolis constanti & perpetua traditione. Vnde doctissimus doctor Augustinus non veretur dicere, magis ex antiquissima iam inde ab Apostolorũ temporibus Ecclesiæ catholicæ obseruatione, quàm ex certis & necessarijs scripturarum testimonijs, paruulorum baptismum in Ecclesia celebrari. Atque adeò ipse Dionysius Areopagita Pauli discipulus: Diuini (inquit)

Epist. 23. & lib. 4. de bap. cõtra Donatist. ca. 23.

(inquit) nostri duces, hoc est, Apostoli probauerũt, infantes recipi ad baptismum. Vides dogmata quædam, antiquissima & perpetua traditione niti, non sola scripturarum expressa doctrina.

De Cœnæ Sacramento. Caput XIIII.

NON *est præsentis instituti, de tremendo altaris sacramẽto iustum tractatum scribere. quod à plerisq; catholicis studiosè & operosè pro defensione catholicæ doctrinæ contra cauillationes & deceptiones nouitiorum magistrorum, nominatim Lutheri & Caluini, factum est. quos pius lector uberioris declarationis & confutationis gratia consulere poterit. Sed calumnias tantùm depellere, quæ in hoc capite de aliquot capitibus doctrinæ catholicæ, de sacramento cœnæ Dominicæ proponuntur: ac de ijs capitibus breuiter veritatẽ statuere & cõprobare.*

Itaque tradit Confessio: Cœnam esse sacramẽtum à Christo institutum proximè ante suã passionem, in quo nobis dedit in cibum panẽ, qui teste ipso est corpus eius: & vinum, in potum, qui est sanguis eius: Idque eo fine, vt tota cœnæ actio esset nobis memoriale ac pignus passionis & beneficiorum eius, & memoriale non otiosum, sed omnia beneficia Christi nobis certò applicans.

I Porrò

Porrò in doctrina Catholicorū multiplices inesse & sacrilegos errores, ac potissimum quatuor,

Primus, quòd negent in hoc sacramento esse substantiam panis & vini, sed per transsubstantiationem suam sacra illa elementa panis & vini prorsus ex sacra illa cœna tolli finxerunt.

Secundus, quòd alteram partem laicis, contra expressum mandatum Christi, abstulerunt.

Tertius, quòd ex sacramento idolū adorādum, circumgestandum, & includendum, siue reseruandum fabricârunt.

Quartus, quòd illud, in sacrificium missæ, idq; pro viuis & mortuis, horribili temeritate transmutârunt.

Has itaque sacrilegas calumnias & flagitiosa mēdacia studebimus (Deo adiuuante) eodem ordine, dilucidè & breuiter confutare. Ac primùm quidem, quòd in hoc diuino sacramento nō sit substantia panis & vini verè & realiter cum corpore & sanguine similiter realiter verè & substantialiter præsentibus, quódque non cōmentitia sit transsubstantiatio illa, hoc est, conuersio substantiarum panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi, docet hoc perspicuè & solidè veritas ipsa, quæ nec fallere potest, nec falli, Christus Dominus, sacramēti institutor, dum dixit: hoc est corpus meum. Quorum verborum

Primæ calumniæ cōfutatio

Math. 26.

proprius

proprius & germanus sensus est: hoc quod iam benedixi, quódque manibus teneo, & iam vobis distribuo,& ad quod edendum vos inuito, nō iam panis est, quod fuit ante benedictionem, sed post meam benedictionem, meum corpus est, illúdque ipsum quod mox pro vobis in mortē tradetur. Non igitur conficta est conuersio substantiæ panis in corpus, sed ex verbis ipsius Christi probata. Quemadmodum si post hydrias aqua impletas in nuptijs, Christus aquam benedixisset, & post eam benedictionem conuiuis propinari iussisset, dicens: hoc quod in hydrijs continetur est vinum: significasset vtique substantiam aquæ in vinum conuersam esse, nec iam aquæ substātiam cum vino remansisse. Si enim aquæ substantia in hydria remansisset, verum non esset, id quod in hydria est, vinum esse. Impossibile enim est, vt idem simul sit aqua & vinum. Aequè impossibile est, vt substantia panis adhuc in Christi manibus retenta, sit corpus ipsius. Sunt enim disparata, vt dialectici loquuntur, panis & Christi verum corpus: nec simul de eodem dici vel prædicari possunt. sicut nec aqua & vinum, nec homo & asinus. Ioan. 2.

De hac re licet consulere D. Augustinum in sermone vigesimo octauo de verbis Domini super Lucam: item B. Ambrosium lib. 4. de sacramētis

cap.4.& lib.de ijs qui myſterijs initiantur,cap 9. Damaſcenum de orthodoxa fide lib.4.cap.4. Itē Gregorium Emiſſenum in homil.5. de Paſchate. Theophilactum in 26.cap.Matthæi.Et olim ab Eccleſia damnatus eſt Berengarius ante annos quadringentos, primùm in Concilio Vercellenſi ſub Leone nono pontifice: Deinde rurſus in Concilio Turonenſi: Pòſt iterum in Romana ſynodo ſub pontifice Nicolao ſecundo: Poſtremò ſub Gregorio 7. quòd docuiſſet panē & vinū manere in ſacramento,nec conuerſa eſſe in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti. Poſtea in celeberrimo concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. Deinde in concilio Conſtantienſi. Rurſus in concilio Florentino.ac poſtremò in concilio Tridentino. Et obſeruandum eſt vigilanter, tam in ſententijs patrum,quàm in cōciliorum definitionibus,quòd panis & vini ſubſtantiam non manere,idem eſſe conſtanter adſerant,quòd panis & vini ſubſtantiam mutari in ſubſtātiam corporis & ſanguinis Chriſti. Quod nihil aliud eſt,quàm panem & vinum tranſſubſtantiari in ſubſtantiam corporis et ſanguinis Chriſti.

Berengarius damnatus ab Eccleſia.

Iam ſecum prudens Lector ſolicitè cogitet,an Lutheri & Caluini doctrina nouitia,tot tantorumq́ patrum & conciliorum authoritate iam olim damnata, fidem ſine ſua ſalutis certiſsimo diſcrimi-

discrimine, adhibere posſit.

Obiectionum verò, quas aduerſus fundatiſſiſ-mam veritatem Lutherus & Caluinus obijciũt, confutationes firmiſſimas à catholicis ſcriptoribus petere licet. Nam huius inſtituti nõ eſt alias calumnias excutere, quàm eas quæ in Cõfeſſione proponuntur.

Secundam calumniã facile eſt confutare. Cùm enim Chriſti verba illa: Bibite ex eo omnes: cõ-munia ſint ad exhortationem ſiue inuitationẽ, & ad mandatum cúmque conſtet, etiamſi mandãtis verba eſſent, non ea dicta eſſe niſi præſentibus Apoſtolis, ſicuti clarè oſtendit Marcus, qui quaſi oſtendere volens factum eſſe quod Chriſtus iuſſit, diſertè dicit: & biberunt ex eo omnes. Quum denique Apoſtolus de bibendo ſanguine reſtrictè dixerit: hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem: cùm de corpore generaliter et abſolutè dixerit: hoc facite in meã commemorationem: falſum euidenter conuincitur, quòd aſſeritur, expreſſum Chriſti mãdatum eſſe, vt diſpenſetur ſemper ſacramentum ſub vtriuſque ſpeciei ſymbolo.

Secunda calumniæ confutatio.
Math. 26.
Matt. 14.
1. Cor. 11.

Deinde ſi conſulamus de hac quæſtione vetuſtiſſimorum eccleſiaſticorum patrum ſententias, et eccleſiæ iam inde ab exordio obſeruationem et praxim, certiſsimè comperiemus, nunquam eam

 fuiſſe

fuiſſe aut eccleſiæ aut doctiſsimorũ & antiquiſsimorũ patrum ſententiã, vt exiſtimarint à Chriſto traditum præceptũ, vt non niſi ſub ſpecie panis ſimul & vini ſacramentũ diſpẽſaretur. Nam Chryſoſtomus, Theophilactus, Auguſtinus, & Beda, ac pleriq; alij eccleſiaſtici ſcriptores diſertè de pane Euchariſtico exponunt illud quod legimus Lucæ 24. Dominum, cùm cœnaret cum duobus diſcipulis in Emaus, accepiſſe panẽ, benedixiſſe, fregiſſe, & eis porrexiſſe, ac mox ad porrectũ cibũ apertos eſſe eorũ oculos, illum verò euanuiſſe. Chryſoſt. in opere imper. Hom. 17. Theophilact. in cap. Matth. 24. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 25. Permiſsio, inquit, Satanæ facta eſt à Chriſto, vt inferret impedimentum oculis eorum, ne agnoſceretur ab eis vſque ad ſacramẽtum panis, vt vnitate corporis participata, remoueri intelligatur impedimentũ inimici vt Chriſtus poſsit agnoſci. Beda deniq; in c. 24. Lucæ. Certi, inquit, myſterij cauſa factũ eſt, vt eis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eã nõ niſi in fractione panis agnoſcerent, ne quiſquã ſe Chriſtũ agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps nõ eſt, id eſt, Eccleſiæ. Vt quũ eis benedictũ panẽ porrigeret, aperirentur oculi eorum, vt eum agnoſcerẽt. Deinde ſubijcit verba Auguſtini iã citata: ex quibus conſtat, ſanctos hos & eruditos patres

non

nō cōmune & vsitatū cōuiuium intellexisse, sed sanctū & mysticū, in quo panis sanctificatus, & diuinus sit Discipulis distributus: Post quē sumptū, mox apertis eorū oculis ipse Christus euanuerit. Porro Philippi Melāchthonis argumētū, quo cōtendit synechdoicῶs orationē accipiendam, & panis appellatione integrū cōuiuium cibo & potu cōstans insinuari, satis manifestè refellitur ex eo quod Euangelista insinuat, Christum mox post distributū & fractū panē euanuisse, vnde etiā significāter scriptū est: Et cognouerūt eū in fractione panis. Similiter quod scribitur, discipulos primos Apostolorum perseuerasse in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, et oratione, Actorū 2. Itē, quod Actorū 20. scribitur Paulus die sabbati apud Troadem ad fractionē panis cōuenisse. Itē quod scribitur cap. 27. probatissimi doctores accipiunt de sacramento panis.

Non hîc vrgeo doctissimorum patrum interpretationē, an certa prorsus & solida sit. Sed hoc demōstro & cōuinco, eruditissimos scriptores haudquaquā sensisse: Christū seuerè pcepisse, vt sacramēti vtraq; species semper dispensaretur. qđ nūc hæretici pertinacissimè et cōtentiosissimè docēt.

Iā si antiquissimū ecclesiæ vsum, obseruationē & praxim pspiciamus, certissimè & euidētissimè cōperiemus, ante annos mille ducentos, imo tre-

centos, in Chriſtiana eccleſia vſitatā fuiſſe alterius tantùm ſpeciei diſtributionem in ſacramēti communicatione. Cōſtat enim ex certiſsimis & ſolidiſsimis antiquiſsimorum patrū teſtimonijs, tempore perſecutionis grauis, tempore rurſus periculoſæ profectionis & peregrinatiōis: ſimiliter ꝑpter Epiſcopi aut presbyteri abſentiā, in deſerto videlicet aut ſolitudine agentibus fidelibus, conceſſum fuiſſe fidelibus, vt ſacramentum linteolo mundo inuolutum domum deferrent: ibiq́ religiosè aſſeruatum, religiosè ſumerent, per opportunitatem.

Cōſtat præterea, quòd infirmis quibuſdam propter ægritudinis grauitatem, altera tantùm ſpecies cōmunicata ſit: quodq́ propter morientium præſidium, ſemper aſſeruatum fuerit ſacramenti viaticum. Quod de vino, cuius natura facilè aceſcit, ſi in longius tempus conſeruetur, prorſus intelligendum non eſt. Conſtat denique quòd olim apud Aphricanas eccleſias puerulis infuſa ſit euchariſtia ab ijs Epiſcopis, qui exiſtimabant pueris etiam communionem neceſſariam.

Poſtremò conſtat, quòd ſolebant olim eccleſiæ Græcanicæ, tempore Quadrageſimæ, in Sabbato tantùm & Dominico die offerre, & tamen per ſingulos Quadrageſimæ dies de præſanctificato pane participare. Quod in die ſancto Paraſceues

Latinam

Latinam & Romanam eccesiam adhuc obseruare conspicimus.

Hæc vera esse si demonstratum fuerit, nónne euidentissimum, & luce meridiana clarius fuerit, verum non esse, quod tam odiosè & pertinaciter obiectant Catholicis hæretici: Christi institutū violari, dum ex causis grauissimis altera tantùm species distribuitur laicis, ac eam consuetudinē (quæ tamen pluribus generalibus concilijs approbata est) iuri euangelico & diuino aduersari?

Verissima autem esse quæ diximus, iā demonstremus.

Primùm, quòd catholicis olim dabatur sacramentum domum deferendum, præsertim tēpore persecutionis, discimus ex vetustissimo scriptore Tertulliano, in libro de oratione: in libro .2. ad vxorem: & in libro de corona militum.

Idem discimus ex probatissimo & vetustissimo scriptore Cypriano, qui in sermone de lapsis: Cùm quædam, inquit, mulier arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne surgente deterrita est, ne auderet attingere. Vbi & aliam historiam huc quoque pertinentem recitat de quodam desertore, qui cùm sacramentum corporis inter alios accepisset in Ecclesia, cinerem se ferre apertis manibus in-

bus inuenit, documento, inquit Cyprianus, vnius oſtenſum eſt, Dominum recedere cùm negatur.

Conſentit & illis vetuſtiſsimus Baſilius: Perſecutionis, inquit, tẽpore, in ſacerdotis vel diaconi abſentia, Chriſtianis cõmunio proprijs manibus vſurpatur. Idem teſtatur, quòd in deſerto, vbi ſacerdos deſyderabatur, Eremitæ cõmunionẽ domi ſuæ aliquãdiu ſeruabãt, et ſua opera cõmunicabãt. Teſtatur quoq;, quòd in Alexandria & AEgypto vnicuiq; paſsim cõmittebatur vt priuatim & domi cõmunicaret. Sanctus quoq; Hieronymus in apologia aduerſus Iouinianũ teſtatur, Chriſtianos Romæ ſua etiamnum ætate domi communicaſſe, idq; haud dubiè vnica ſpecie: Scio, inquit, Romæ hanc eſſe conſuetudinẽ, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehẽdo, nec probo. vnuſquiſq; enim in ſuo ſenſu abundat. Sed ipſorũ conuenio conſcientiã, qui eodem die poſt coitum cõmunicant, & iuxta Perſiũ, noctẽ flumine purgant. Quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur Eccleſias? An alius in publico, alius in domo Chriſtus? Quod in eccleſia non licet, nec domi licet. Nihil Deo clauſum eſt, & tenebræ quoque lucent apud Deum.

Denique Clemens Alexandrinus in libro primo Stromatum, palam teſtatur, nulli Chriſtianorum non permiſſum fuiſſe, vt ſacramenti portionem

tionem in ædes suas auferret, & cùm liberet, ea frueretur.

Sanè hāc consuetudinē viguisse olim in ecclesia Christi, neq; tamen existimatum esse à præsulibus qui tum Ecclesias regebāt, per eam mandatum & præceptum Christi violari, euidentissimè constat ex eo, quòd cùm consuetudo illa domū deferendi eucharistiam, paulatim in abusum verteretur, in Concilio Cæsaraugustano statutum sit, vt si quis eucharistiæ gratiam probaretur acceptam non consumpsisse in Ecclesia, anathemâ fieret. Canone 3.

Iam quod tempore periculosæ profectionis aut peregrinationis eucharistia dabatur asseruanda profecturis aut nauigaturis, cognosci potest manifestissimè ex oratione funebri, quam scripsit Ambrosius de excessu fratris sui Satyri.

Similiter quòd ægrotis pro ratione valetudinis, altera tantùm species distributa sæpè sit, certissimò cognoscitur ex celebri illa historia, quam ex Dionysio Alexandrino refert Eusebius Cæsariensis de Serapione lib.6.cap.44. Cui grauissimè laboranti puer à sacerdote missus, sacramentū maceratū seni ægroto, cui ex æstu guttur arueret, infudit. Et ex Cypriano in oratione de lapsis perspicuum est, puellæ paruulæ sanguinē infusum, non autem participatum ei panis sacramentum.

Et ea

Cano. 76. *Et ea de re in Cõcilio Carthaginenſi quarto Canõ illuſtris extat: Is qui penitẽtiã in infirmitate petit, ſi caſu dũ ad eum ſacerdos venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſin verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiã: Et ſi cõtinuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius eucharistia. Atque manifeſtum eſt, quòd in vſum & præſidium moriẽtium in eccleſia ſacramentum iam olim reſeruari ſoleat, de quo prolixius mox dicturi ſumus. Adde quod Euſebius hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 5. cap. 24. refert: Sanctum martyrem Irenæũ epiſtolam miſiſſe ad Pontificem Rom. Victorem, in qua ſcribit, ea ætate Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem fuiſſe, vt Romani epiſcopi peregrinis epiſcopis & presbyteris, qui catholicam religionem & Romanam amplecterẽtur, ſolenniter Euchariſtiã tranſmitterent. Quod de pane trãſmiſſo, & poſtea in comprobationem catholicæ communionis ſumpto, non de ſanguine, prorſus eſt intelligendum.*

Poſtremò, quòd nõ tantùm in neceſsitate vel infirmitate, vel extra publicum conuentum tempore perſecutionis, ſed etiam in publico Eccleſiæ conuentu, olim ſumeretur ſacramentum dominicum ſub panis tantùm ſpecie, id apertiſsimè teſta-

tur

tur Concilium Constātinopolitanum sextū. Scribitur enim in Canone 52. in hunc modum: In omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquàm sabbato & dominica & annūciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum sacrificium: vbi statuunt patres, non fieri nouam consecrationem tota quadragesima, nisi sabbato & dominica. Vnde colligitur, quòd communio quæ fiebat alijs diebus, de sanctis præsanctificatis, & solius panis symbolo constabat. Nam vinum consecratum ad quatuor aut quinque dies reseruari non posse, sine corruptione indubitatum est. Cano. 52.

Hæc cùm ita sint, & cùm ex vsu & consuetudine, quæ fuit in primitiua ecclesia, aut certè in Ecclesia quæ primitiuæ vicina fuit & proxima, sacramentum ob varias causas dispensatum fuisse sub vna tātùm specie constet: quis nisi prorsus cōtentiosus mordicùs audeat tueri, quòd Christi præceptum & institutum violetur à Catholicis, dum ex causis grauissimis, laicis dispensatur sacramentum sub panis tantùm specie? Iam cùm etiam fateantur Lutheri plerique sectatores, extraordinariè, scilicet extra publicos conuentus, licere altera specie contentum esse: Item ob stomachi infirmitatem, qui vinum non admittit: vel etiam ordinariè, & in publicis conuentibus

tibus ob regionis qualitatem ac rationem, quæ vino caret, & ad quam ægrè vinum aliunde aduehi poteſt: an non confiteri compelluntur, idem poſſe fieri, ad diuinam irreuerentiam deuitandã, quam in promiſcuæ plebis numeroſiſsimæ cõmunione admitti, & crebro vſu veniſſe compertum eſt? Quæ ſanè cauſa celeberrimi illius Conſtantienſis concilij patribus ſatis idonea & vehemẽs viſa eſt, vt conſuetudo de alterius tantùm ſpeciei vſu (quæ ſenſim & paulatim antea vſitata et recepta plurimis in locis comperiebatur) pro lege ſanciretur. Quorũ authoritatem poſtea Tridẽtinum quoque concilium approbauit. His profectò cõcilijs tutius longè fuerit fidem adhibere, quàm vni aut alteri ſacræ religionis perturbatori & euerſori.

Ioannes Brentius in apologia Confeßionis Wirtembergenſis Pericope 2. Non quæritur, inquit, num in caſu neceſsitatis, ſi quis, exempli gratia, abſtemius non poſset vino vti: illicitum ſit alteram tantùm partem ſacramenti in cœna Dominica ſumere. Manifeſtum eſt enim, quòd ſua ſit in cæremonialibus, qualia ſunt ſacramenta, œconomia. In deſerto veriſimile eſt, multos diem ſuum obiiſſe incircũciſos: quis autem tam durus eſſet, qui eos æternæ damnationi addiceret? Habuerunt e-

nim

nim excuſationem neceſsitatis. Dauid bona conſcientia,& impunè veſcitur panibus propoſitionis, quibus tamen non licebat ei per legem veſci: ſed neceſsitas famis excuſauit eum. In reformatione Eccleſiæ ſub Rege Ezechia multi veſcebantur agno Paſchali, qui non erãt iuxta legem ſanctificati. Quod cùm alioqui fuiſſet pœna dignum, factum eſt ex neceſsitate impunè. Quare ſi quis natura à potu vini abhorreat, & vtatur pane tantùm, aut præ morbi magnitudine non poſſet veſci pane, & vtatur vino tantùm (quod exemplum extat apud Euſebium libro ſexto, capite vigeſimoquarto) & tamen interim eccleſia vtatur in cœna Domini integro ſacramento, tunc exempla paucorum perſonalia generali Chriſti inſtitutioni nihil derogant. *Hactenus Bretius: qui duabus de cauſis approbat alterius tantùm ſpeciei diſpenſationem: Nempe ſi quis per naturam abſtemius abhorreat à potu vini: vel præ morbi magnitudine non poſſet veſci pane. Alias autem cauſas videre licet in libro illo Georgij Caſſandri, in quo conſultat: Sítne reſtitutio ſacræ communionis ſub vtraque ſpecie Catholicis hominibus exoptanda, etiam ſi iure diuino non habeatur ſimpliciter neceſſaria.*

Quòd

Quòd autem calumniantur, iam ingenuè cognoſcere catholicos, contra Chriſti mandatū laicis negari vtriuſque ſpeciei communionem, ac iam contra ſuam priorem ſententiam vtrāque ſpeciem concedere, ſplendidum mendacium eſt: cùm manifeſtiſsimum ſit, catholicos ſemper conſtanter docuiſſe, & adhuc docere, Chriſti mandatum de neceſsitate vtriuſque ſpeciei nuſquam extare in euangelicis aut Apoſtolicis literis: ac proinde, quòd ad mandatum Chriſti attinet, licere Eccleſiæ vel vtramque ſpeciem, vel alterā tantùm, pro locorum, temporum, ac perſonarum ratione, ac ipſius Sacramenti reuerentia ac veneratione, præſcribere. quod in Concilij Tridentini Actis perſpicere licet. E diuerſo autem poſſet liquidò oſtendi, quoſdam qui prius ſenſerunt, mandatum eſſe Chriſti, vt integrum ſacramentum ſub duobus ſymbolis omnibus diſpēſaretur, iam mutaſſe ſententiam, & ſcripto etiam palam teſtari, de vtriuſque ſpeciei neceſsitate nullum extare Chriſti mandatum.

Vide Georgij Caſſandri librum de reſtituenda integra communione

Tertia calumnia eſt, ex ſacramento catholicos idolum adorandum, circumgeſtandum, & includendum ſiue reſeruandum fabricare.

Tertiæ calumniæ confutatio.

Primùm quod ad adorationē attinet, animaduertat Lector, huius Cōfeſsionis authores ſecundùm Confeſsionem Auguſtanam profiteri, contra

Caluinum, in sacramento verè & corporaliter, & substãtialiter corpus Christi præsens esse. Cùm igitur corpus Christi ab ipso Christo Deo pariter & homine non sit separatum, sed ipsi perpetuò & inseparabiliter coniunctum: an non summa insania est, existimare idololatriam esse, sacramento adorationem deferre: atque si quis illud adoret, facere illud idolum quoddam? an Christum in sacramento verè existentem adorare, idololatria censeri à sano homine potest? Non est quidē expressis verbis vspiam mandatum, vt Christi corpus, imò Christus ipse in sacramento adoretur: sed cùm expressis verbis Christi: hoc est corpus meum: insinuatū sit, quòd in sacramento sit Christus ipse p̄sens, qui verus est Deus & homo (quod nobiscum disertè credunt authores Confessionis) quis eum tanquam verum Deum adorandum in sacramento, audeat negare? Legimus sapientes illos, qui per stellam euocati venerunt in Bethlehem, adorasse puerum, non aliquo sanè accepto mandato de puero adorando: sed ex eo ipso, quòd credebant per diuini spiritus illustrationē, puerum, quem conspiciebant, esse simul Deum & hominem, nihil dubitauerunt eum adorandū. Rursus de cæco nato, scribit Ioannes: quòd procidēs adorauerit eum. Item de discipulis & sanctis mulieribus post resurrectionem, quòd vidētes adorauerunt

Matth. 26. Math. 2. Ioan. 9. Matth. 28.

rauerunt eum. Neque præceptum eis legitur, vt id facerent, ſed cùm intelligerent eum eſſe non ſolum hominem, ſed Deum pariter & hominem, nihil dubitauerunt, quin diuinum honorem ei deferre deberent. Et ſic aſſeueranter & incunctanter ſacri doctores ſemper docuerunt. Auguſtinus in verſiculum illum: Adorate ſcabellum pedum eius, quoniā ſanctum eſt: Ipſam carnem (inquit) nobis manducandam ad ſalutē dedit: nemo autem illam carnem prius manducat, quàm illam adorauerit. Et rurſus in Pſalm. 21. ad illum verſiculum: Edent pauperes, & ſaturabuntur: Diuites (inquit) terræ & ipſi adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine eius: ſed adorant tantùm, non etiam ſaturātur. Et eādem ſententiā habet, Epiſtola 120. Chryſoſtomi quoq; extat inſignis ſententia, qua hortatur, vt exemplo trium illorum Magorum, hominum barbarorum, initiati nos, maiorē pietatem ei in altari deferamus. Et in celeberrimo illo concilio Epheſino contra Neſtorium definitur Chriſtus tanquā verus Emanuel adorandus diuina adoratione, ſemp & vbiq;. At dicūt, Chriſtum quidē adorandū vbicunq; tandē ſit, tanquā verū Deum & hominē: ſed nō eſſe adorandū panem, in quo Chriſtus eſt. Sic Brentius in apologia Confeſsionis Wirtembergenſis Pericope 2.

Pſal. 98.

Chryſoſt. Hom. 24. in 1. epiſt. ad Corin.

Ambroſ. lib. 3. de ſpiritu ſancto ca. 12.

Baſili⁹ de ſpiritu ſancto ca. 27.

Theodoretus in 2. Dialogo Polimor. Canon. 8.

Cófitemur, inquit, Chriftũ filium Dei, verum Deũ, & verũ hoẽm, femper & vbiq;, fiue in cœlo, fiue in terra, fiue in euchariftia, fiue extra euchariftiã adorandũ effe. Donauit, inquit, illi nomen quod eft fuper omne nomẽ: vt in noĩe Iefu õne genu flectatur, cœleftiũ, terreftriũ, & infernorũ. In præfentia aũt nõ loquimur de adoratione Chrifti, fed de adoratione euchariftiæ, hoc eft, panis feu fpeciei panis. Hîc enim apertè & ingenuè profiteor, quòd etfi Chrift⁹ femper & vbiq; fit adorãdus, tamẽ nec panis, nec fpecies funt adorãda. Nõ eft, inquit, exiftimãdũ, quòd cùm De⁹ fit adorãdus, idcirco oĩa in quib⁹ eft Deus, fint adorãda. Corpus quoq; Chrifti propter cõiunctionẽ & vnitatẽ perfõnæ cũ Deo, femper eft adorãdũ: Nõ aũt fequitur, quòd idcirco ea creatura, in qua, aut cum qua eft corpus Chrifti, fit adorãda. Ac fateor quidẽ, quòd quẽadmodũ Deus quõdã erat adorãdus ad arcã propitiatorij, quia receperat fe mãdata fua ex propitiatorio daturũ, nõ aũt erat adorãda arca ipfa: Ita & Chrift⁹ filius Dei adorãdus fit ad panem cœnæ Dominicæ, quia promifit fe ibi corpus fuũ diftributurũ: nõ aũt adorãd⁹ eft panis ipfe. Quod etfi ibi eft corp⁹ Chrifti, tamẽ hoc nõ affumpfit panẽ in vnitatẽ perfonæ, ficut filius Dei affumpfit hominem.

Hanc tergiuersationem ideo prolixius proposui, vt intelligat pius & prudens Lector, quàm immeritò Catholicos accusent Lutherani & Confeßionistæ impietatis & idolomaniæ, ob id quòd sacram eucharistiam adorandam cum tota patrũ antiquitate docent & tuentur. Non enim docent Catholici panis creaturam, in qua, vel cũ qua, vel sub qua præsens sit verum Christi corpus, vel verus Christus, adorandam esse, & latriæ cultu colendam: Sed docent, & ex euangelicis & Apostolicis literis conuincunt, per benedictionem Christi, panis creaturam in corpus Christi conuersam esse, remanentibus solis panis speciebus: quibus ineffabili modo corpus Christi præsens sit. (remanente enim substantia panis, verum esse non posse verbum Christi, proprio sermone: Hoc est corpus meum.) Quare solum corpus Christi, quod in vnitatem personæ diuinæ coniũctum, citra controuersiam est adorandum, docent adorandum, & adorant: non panis creaturam, quæ non adest: nec etiam species panis, qua remanente continetur ineffabiliter corpus Christi: nisi secundùm eum loquendi modum, quo dicunt Augustinus et Damascenus purpuram regis, qua rex vestitur, adorari rege adorato. Quod non est aliud, quàm regem purpura vestitum adorari.

Desinant igitur Lutherani falsißimò calumniari

niari Catholicos tanquam idololatras, in eo quòd defendunt eucharistiæ adorationem, cùm ipsi quoq; palam cum Catholicis confiteantur, in Eucharistia verum Deum, & hominem verè præsentem esse, & haud ignorent Catholicos in eucharistia non sentire panis creatam substantiam remanere, nec etiam species panis remanētis adorare: sed solum Christum, sub speciebus remanentibus contentum.

Certè antiquissimus ille Dionysius Areop. scribit Apostolorum temporibus eleuationem corporis Christi in sacrificio fieri solitam: videlicet, vt populus venerabundus ad adorādum cōspectum Christum prouocaretur. Quod ipsum quoque non minus disertè contestatur diuus Basilius. At dicent fortasse se adorationem damnare tanquam idololatricam: eam demum, quæ exhibetur extra vsum & actionem Sacramenti, cùm extra vsum & sumptionem nō sit Christus pani præsens, sed solius panis creatura. Sed de hac cauillatione statim dicetur, dum ostendetur, quòd extra actionē sacramentalem, verum Christi corpus, verúsque Deus & homo speciebus sacramentalibus ineffabiliter præsens permaneat. De spiritu sancto cap. 27.

Iam ad illam calumniam excutiendam accedamus, quæ pertinet ad reseruationem & inclusionem siue repositionem sacramenti. Atque hic

primùm ſtatuendũ & demonſtrandũ eſt, quòd non ſolùm in ipſa actione ſacramentali, hoc eſt, benedictione, conſecratione, oblatione, & diſtributione, Euchariſtiæ ſacramẽtum permanet: ſed etiam extra actionem illam perſeuerat, quàmdiu ſpecies ſacramenti incolumes perdurant. Sanè hoc diffiteri non poſſunt authores huius Confeſsionis quam confutamus, cùm, dũ de danda morientibus communione contra Caluiniſtas agunt, proponant Iuſtini martyris vetuſtiſsimi ſcriptoris ſententiam ex maiore ſua apologia, qua probant, quòd in primitiua Eccleſia vſitatiſsimum fuerit, non tantùm ægrotis, ſed etiam bene valẽtibus ſingulis, hoc eſt, extra publicum conuẽtum Eccleſiæ, ſi à publico cœtu abfuerint, euchariſtiam dare, vel mittere: Ei, inquit Iuſtinus, qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur, et poculũ vino et aqua temperatum. Quæ cùm accipit, laudẽ & gloriã Deo tribuit, gratiaſq; Deo agit, quòd ab eo his dignus ſit habitus. Quibus ritè peractis, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnicuiq; eorum qui adſunt, & ad eos qui abſunt perferunt: atque hic cibus apud nos Euchariſtia vocatur. Ex quibus Iuſtini verbis clariſsimum eſt, quòd poſt peractam & abſolutã ſacramentalẽ actionẽ in eccleſiaſtico conuentu, poſtq; cõuentum ſolutum permanet vera euchariſtia, verumq; Sacramẽtum, verum

In Apolog. pro Chriſtianis.

verum Christi corpus continēs, quod ad absentes defertur. Idē testatur clarissimè D. Hieronymus in Epistola ad Rusticū monachū, cōmendans sanctum Exuperium Episcopū: Nihil illo, inquit, ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Et sanctus martyr Irenæus testatur, sua ætate Romanæ Ecclesiæ cōsuetudinem fuisse, vt Romanus Episcopus peregrinis Episcopis & presbyteris catholicis eucharistiā solenniter transmitteret. Ita sensisse iā olim vniuersos catholicos ex eo quoq; certissimū est, quòd cōsuetudo olim fuit, vt eucharistiam Christianus populus, præsertim persecutionis tempore, aut periculosæ alicuius peregrinationis, vti superius ex probatissimis scriptoribus copiosè ostensum est, domum deferret. Quod sanè eorū studium & votū prorsus ridiculum & inane fuisset, nisi persuasissimum habuissent, post peractam actionē permanere sacramentum Eucharistiæ posse. Postremò de eo extat memorabilis sententia celeberrimi illius scriptoris Cyrilli ad Calosyrium Episcopum: Audio quòd dicūt illi mysticā benedictionē, si ex ea remanserint in sequētem diē reliquiæ, ad sanctificationē inutilem esse. Sed insaniūt hæc dicētes. Nō enim alius hic Christus, neq; sanctū eius corpus mutabitur: sed benedictionis virtus, & viuifica gratia perpetuò manēt in illo. Et nota est

Clementis ſententia, quam ab Apoſtolo Petro ſe hauſiſſe teſtatur, qua admonet presbyteros, diaconos & miniſtros, vt cum timore & tremore reliquias & fragmenta corporis Domini cuſtodiant.

Certè in Concilio Remẽſi, Wormacienſi, Concilio Arelatenſi, Concilio celeberrimo † Lateranenſi ſub Innocentio 3. Concilio Viennenſi, atque alijs, ſeuerè præcipitur, vt ſacramentum Euchariſtiæ religiosè & ſollicitè in loco mundo reſeruetur, vt parata ſemper ſit infirmorum & morientium neceſſitatibus. Quin & ex Niceni Cõcilij canone decimo quarto conſtat, Euchariſtiam cõſueuiſſe in fideliũ vſum adſeruari. Sed & illud, inquit, innotuit ſancto concilio, quòd quidã Diaconi, etiam ante Epiſcopum, ſacramenta ſumũt: hoc ergo etiam amputetur. & ſi nõ fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel Sacerdos, tunc ipſi Diaconi proferant & edant.

† Cap. 20.

Et canone 12. de his qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc: Vt ſi quis forte recedat ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur, & cæt. Idem probari poteſt luculenter ex hiſtoria Serapionis, quam Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 6. ca. 44. narrat ex Dionyſio Alexandrino, & ex Chryſoſtomo ad Innocentium, commemorante quòd

milites ad vesperam diei in Ecclesiam ingressi, etiam in sanctuaria irruperunt, et sanctissimum Christi sanguinē in militum vestes effusum esse. Quod sane de sanguine in Ecclesiis ad tempus aliquod seruato intelligendum est. Ex quo perspicuum est vniuersæ antiquitati repugnare eos qui docent sacramenta confecta, mox vniuersa absumenda: nec quicquam esse reseruandū quod reponatur, aut deferatur aliquò, quasi hoc non sit verbo Dei conforme. Sed vbi infirmis aut morituris danda est communio, eucharistia consecretur & conficiatur, quæ ipsis dispensetur. Aliter sensisse ante annos mille trecentos Iustinum, & post eum alios nobilissimos scriptores, Irenæum, Eusebium, Ambrosium, Hieronymum, iam demōstratum satis existimamus. Sed dicent fortasse: non prorsus improbare se reseruationem eucharistiæ, quæ dispensetur morituris & infirmis, vel absentibus à cœtu publico Ecclesiæ, ex aliqua iusta causa; sed id se damnare tanquam superstitiosum, quòd reseruetur eucharistia ad adorationem & venerationem, cùm ad eum vsum instituta à Christo non videatur. Sed quia hæc cauillatio eidem fundamento & rationi nititur, quæ improbatio circumgestationis eucharistiæ, ex his quæ de solenni circumgestatione eucharistiæ mox dicentur, inania esse & friuola, facile intelligetur.

ligetur.

Quòd poſtremò de circumgeſtando ſacramētο calūniantur: Primùm cōſtat ex B. Iuſtino martyre, quòd olim ad abſentes à publicis cōuentibus, puta infirmitate, vel alia aliqua neceſſitate præpeditos ſacra euchariſtia p diaconos deferri ſit ſolita. Conſtat rurſus ex B. Irenæo, quòd Pontifices Romani peregrinis Epiſcopis qui catholici erant, Romam venientibus, in ſymbolum quoddā & teſtificationē cōmunis fidei, pacis & concordiæ, ſacrā euchariſtiā trāſmittere ſolebāt. Cōſtat quoq; ex D. Hieronymo: quòd S. Exuperius epiſcopus Tholoſanus corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem verò portare ſit ſolitus in vitro. Cōſtat deinde, quòd presbyter puero tradit euchariſtiā ad ſenē Serapionē pferendā. Quodq; apud Tertullianū & Cyprianū euchariſtia data ſit fidelibus domū pferenda. Cōſtat poſtremò ex B. Ambroſio, quòd periculoſam nauigationē aut pfectionē ſuſcepturis in præſidiū dari conſueuerat ſacra Euchariſtia. Neq; ab vllò ſcriptore probato hæc reprehenſa vlla ætate leguntur, tāquam adinuētiones quædā humanæ & ſuperſtitioſæ, ſine verbo Dei excogitatæ. Hæc cùm ita ſint, immeritò ſanè ab hæreticis odioſè exagitatur religioſa ſacræ euchariſtiæ in publicis ſupplicationibus circūgeſtatio: tū venerationis, adorationis, & gratæ recordationis

Ex Euſebio & Dionyſio Alexandrino.

dationis ac cõmemorationis beneficiorũ per mortẽ Christi hominibus præstitorũ causa: tũ etiam prouocandæ diuinæ clementiæ & auxilij in publicis calamitatibus & necessitatibus gratia. Cumq; nõ solùm in cibum & potum consecranda sit eucharistia, sed etiam in cõmemorationem mortis Christi, quis audeat dicere: Circumgestationem, qua excitatur fidelis populi deuotio, & mortis Christi memoria religiosè & reuerẽter, atq; etiã solẽni cum lætitia celebratur, superstitiosam esse, & Christi institutioni aduersari? Scribit quoq; Dionysius ille Areopagita Apostolorum discipulus in celebratione Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi solitã fieri eleuationẽ, et ostensionem, haud dubiè vt ad venerationẽ, & adorationẽ sacramẽti populus excitaretur: quã quisnã improbare audeat, eo quòd de ea nihil disertè à Christo mandatũ legatur? Sicut igitur cõtra Christi institutionẽ nihil fit, quãdo sacra eucharistia cũ celebritate religiosa & veneratione publica ad infirmos defertur, aut in cõmunionis catholicæ symbolũ ad catholicos Episcopos solẽniter trãsmittitur: ita profectò nihil cõtra Christi institutũ fit, quãdo in festiuis supplicationibus magna cũ veneratione, & publica ac religiosa quadã põpa circũfertur. Quanta cũ celebritate & veneratione arcã fœderis, quæ manna corporale, tabulas & virgas conti-

Ecclesia. Hierarchiæ. c. 7.

continebat, quæq́ huius ſacramenti haud dubie typum gerebat, populus veteris legis tempore circumferebat, abundè teſtantur veteres libri, Ioſue & Regũ: Et nos Chriſtiani ſinemus nobis perſuaderi, quòd contra Chriſti inſtitutionem facimus, ſi ſacram euchariſtiam ad vſum quidem refectionis ſpiritualis conſecratam, priuſquàm ad eum vſum applicetur, religioſè et feſtiuè colamus & veneremur? Denique omnem de hac re dubitationem adimit Eccleſiæ catholicæ praxis & vſus, qui ab annis amplius trecentis publicam hãc & feſtiuam corporis Chriſti circumgeſtationem obſeruauit & commendauit, imò in Concilijs approbauit. In qua ſi quid ineſſet, vt impij calumniatores iactitant, vel ſuperſtitionis noxiæ vel idolomaniæ, aut idololatriæ, Spiritus Chriſti, qui in conſummationem ſeculi gubernat Eccleſiam, ſecundum ipſius Chriſti promiſſum, non tam multorum annorum ſpatio paſſus eſſet ſuam dilectam ſponſam Eccleſiam publica fornicatione inquinari & contaminari. Porrò quàm vana ſit, odioſa illa calumniatorum obiectio, quam identidem inculcant: Omnẽ cultum qui citra expreſſum verbum Dei, Deo exhibetur, idololatricum eſſe aut ſuperſtitioſum, inferius prolixè demonſtratur in proprio ea de re loco.

Viennẽſi & Lateranenſi.

Quartæ calumniæ confutatio in capite proximo de

mo de Missa, Christo duce, dilucidè & solidè fiet.

Caput XV. De Missa.

QVoniam præsentis scripti institutum non permittit, vt de sacra Christianorũ Missa, prolixa sit, & pro magnitudine & maiestate ipsius argumenti, exacta & accurata narratio, qualem plurimi viri Catholici euidentissimè ediderunt, quos ad pleniorem eruditionem & explicationem consulere licet: duo tantùm tractabimus.

Primò: ostendemus in Propheticis, Euangelicis, & Apostolicis literis, Missam esse probatã & fundatam, atq; adeò ab ipso Christo institutam.

Secundò: ostendemus, quàm inanes & vanæ sint impiæ probationes, quibus Missam tanquam papisticam insectantur, & impietatis ream peragere student.

Quòd ad prius caput igitur attinet, verba institutionis Dominicæ cœnæ, siue sacramenti Eucharistiæ, quæ Euangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas, & Apost. Paulus commemorant, pariter recipimus. Cœnantibus illis (inquit Matthæus) accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiẽs calicẽ, Math. 26.

gratias

gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oēs: hic est enim calix meus noui testamēti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Similiter Marci 14. Et manducantibus illis, accepit Iesus panē, & benedicēs fregit, & dedit eis, & inquit illis: Sumite, hoc est corpus meū. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Et Lucas capite vigesimosecundo. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquàm cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamētum in sanguine meo, qui pro vo-
1.Cor.11. *bis effundetur. Et Paulus: Ego enim (inquit) accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus noster Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem, postquàm cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis, in meam commemorationem.*

Tantùm de verborum institutionis intelligētia inter catholicos & sectarios controuersia est.

Ac de

Ac de illorum verborum germana & vera expositione: hoc est corpus meum: in hoc capite non agitur. Sed de verbis illis: hoc facite in meā commemorationem. In his enim verbis docent catholici, comprehendi totam actionem Christi, & non tantùm mandatum cōsecrandi, & conficiendi corpus Christi, sed etiam mādatum sacrificandi, & offerendi illud. Quibus in rebus, cōsecratione scilicet, & sacrificio, siue oblatione, & dispēsatione, siue perceptione corporis & sanguinis Christi, integram substantiam Missæ positam docent. Cùm igitur in præsenti controuersia, non de consecratione corporis Christi & sanguinis agatur, sed de sacrificio & oblatione, hoc vnū ostendendum est, quòd in verbis: hoc facite in meam commemorationem: mandatum sacrificandi & offerendi contineatur. Lucæ. 22.

Manifestum est igitur, quòd per verba illa Christus sacramenti institutor mādat Apostolis, vt hoc, quod ipse fecit, deinceps ipsius exēplo ipsi faciant, idq́ in ipsius recordationem. Porrò Christum & consecrasse panem in corpus, & vinum in sanguinem, & simul eadem consecrata Patri obtulisse, & sacrificasse, sic probamus.

Primùm, ipsam consecrationem corporis & sanguinis ex pane et vino, ob Dei cultū & reuerentiam factam, habere sacrificij rationem secū-

dùm

Lib.10.de ciuit.Dei. *dum definitionem illam Auguſt. verum eſſe ſacrificium omne opus quod agitur, vt ſancta ſocietate Deo adhæreamus, vrgere nolumus: ſed ex Euangeliſta Luca conſtare dicimus, quòd Chriſtus conſecrationem illam diuinam & myſticā fecit, tanquam Pontifex ſecundùm ordinē Melchiſedech, inſtituens nouum agnum paſchalem, vetere iam abolito, quem Patri cœleſti oblatū, deinceps pro veteri agno paſchali nouus populus mãducaret, in azymis ſynceritatis & veritatis. Sicut enim vetus agnus paſchalis prius ſacrificabatur & immolabatur, quàm edendus proponebatur: ſic Chriſtus inſtituens nouū paſcha, prius patri cœleſti offerebat agnū nouū, quàm illū Apoſtolis edendum proponeret. Poſtquàm enim Lucas agni paſchalis figuram in Dei regno implendam dixiſſet, mox deſcribit Chriſtum, tanquam noui teſtamenti ſacerdotem & pontificem ſecū-*

Pſal. 109. Gen. 14. *dum ordinem Melchiſedech, panem & vinum in manus ſumpſiſſe, eaq́; benedicendo in corpus & ſanguinem conuertiſſe, & conſecraſſe, & nouam cœnam paſchalē inſtituiſſe: quam deinceps Apoſtoli, eorumq́; ſucceſſores in recordationem mortis ipſius celebrarent, conſecrantes panem in corpus eius, & vinum in ſanguinem, eúmq́; cœleſti patri offerentes. Quòd ſi cuipiam fortaſſe videatur ex verbis Euangeliſtæ Lucæ, quibus*

institutionem Dominicæ cœnæ descripsit, nō satis dilucidè cōstare, quòd post abolitum veterem agnum Paschalem, Christus tanquam pontifex noui testamenti, instituerit noui agni oblationē, quem oblatum & sacrificatum populus nouus mãducaret: duo sunt potissimum in sacris literis testimonia, quæ perspicuè & certissimè docēt, Christum in nouissima cũ Apostolis cœna consecrasse nouũ agnum paschalem, eumq́; patri suo cœlesti obtulisse, tanquam nouum sacerdotem, nō secundùm ordinem Aaronicũ, sed secundùm ordinem Melchisedech. Prius testimonium est Dauidis: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. quem Psalmũ de Christo accipiendum tam Christus ipse apud Matthæum cap. 22. quàm Paulus in epist. ad Heb. cap. 7. docet. Testatur itaq; diuinus propheta Dauid, Christum sacerdotem noui testamenti, assimilatum fuisse sacerdoti Melchisedech: non solùm quia fuit rex iustitiæ, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum neque finem habens, sicut Paulus exponit: sed etiam quia formam et ritum sacrificij eius expressit, hoc est, non solùm secundùm dignitatem ipsius Melchisedech, sed etiam secũdùm ritum sacrificij ipsius. Cùm igitur sacrificium Melchisedech situm fuerit in oblatione panis & vini, necesse est, vt Christus in consecra- Psal. 109.

primùm ſtatuendũ & demonſtrandũ eſt, quòd non ſolùm in ipſa actione ſacramentali, hoc eſt, benedictione, conſecratione, oblatione, & diſtributione, Euchariſtiæ ſacramẽtum permanet: ſed etiam extra actionem illam perſeuerat, quàmdiu ſpecies ſacramenti incolumes perdurant. Sanè hoc diffiteri non poſſunt authores huius Confeſſionis quam confutamus, cùm, dũ de danda morientibus communione contra Caluiniſtas agunt, proponant Iuſtini martyris vetuſtiſsimi ſcriptoris ſententiam ex maiore ſua apologia, qua probant, quòd in primitiua Eccleſia vſitatiſsimum fuerit, non tantùm ægrotis, ſed etiam bene valẽtibus ſingulis, hoc eſt, extra publicum conuẽtum Eccleſiæ, ſi à publico cœtu abfuerint, euchariſtiam dare, vel mittere: Ei, inquit Iuſtinus, qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur, et poculũ vino et aqua temperatum. Quæ cùm accipit, laudẽ & gloriã Deo tribuit, gratiaſq; Deo agit, quòd ab eo his dignus ſit habitus. Quibus ritè peractis, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnicuiq; eorum qui adſunt, & ad eos qui abſunt perferunt: atque hic cibus apud nos Euchariſtia vocatur. Ex quibus Iuſtini verbis clariſsimum eſt, quòd poſt peractam & abſolutã ſacramentalẽ actionẽ in eccleſiaſtico conuentu, poſtq; cõuentum ſolutum permanet vera euchariſtia, verumq; Sacramẽtum,

In Apolog. pro Chriſtianis.

verum

verum Christi corpus continẽs, quod ad absentes defertur. Idẽ testatur clarissimè D. Hieronymus in Epistola ad Rusticũ monachũ, cõmendans sanctum Exuperium Episcopũ: Nihil illo, inquit, ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Et sanctus martyr Irenæus testatur, sua ætate Romanæ Ecclesiæ cõsuetudinem fuisse, vt Romanus Episcopus peregrinis Episcopis & presbyteris catholicis eucharistiã solenniter transmitteret. Ita sensisse iã olim vniuersos catholicos ex eo quoq; certissimũ est, quòd cõsuetudo olim fuit, vt eucharistiam Christianus populus, præsertim persecutionis tempore, aut periculosæ alicuius peregrinationis, vti superius ex probatissimis scriptoribus copiosè ostensum est, domum deferret. Quod sanè eorũ studium & votũ prorsus ridiculum & inane fuisset, nisi persuasissimum habuissent, post peractam actionẽ permanere sacramentum Eucharistiæ posse. Postremò de eo extat memorabilis sententia celeberrimi illius scriptoris Cyrilli ad Calosyrium Episcopum: Audio quòd dicũt illi mysticã benedictionẽ, si ex ea remanserint in sequẽtem diẽ reliquiæ, ad sanctificationẽ inutilem esse. Sed insaniũt hæc dicẽtes. Nõ enim alius hic Christus, neq; sanctũ eius corpus mutabitur: sed benedictionis virtus, & viuifica gratia perpetuò manẽt in illo. Et nota est

Clementis ſententia, quam ab Apoſtolo Petro ſe hauſiſſe teſtatur, qua admonet presbyteros, diaconos & miniſtros, vt cum timore & tremore reliquias & fragmenta corporis Domini cuſtodiant.

Cap. 20. *Certè in Concilio Remẽſi, Wormacienſi, Concilio Arelatenſi, Concilio celeberrimo † Lateranenſi ſub Innocentio 3. Concilio Viennenſi, atque alijs, ſeuerè præcipitur, vt ſacramentum Euchariſtiæ religiosè & ſollicitè in loco mundo reſeruetur, vt parata ſemper ſit infirmorum & morientium neceſsitatibus. Quin & ex Niceni Cõcilij canone decimo quarto conſtat, Euchariſtiam cõſueuiſſe in fideliũ vſum adſeruari. Sed & illud, inquit, innotuit ſancto concilio, quòd quidã Diaconi, etiam ante Epiſcopum, ſacramenta ſumũt: hoc ergo etiam amputetur. & ſi nõ fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel Sacerdos, tunc ipſi Diaconi proferant & edant.*

Et canone 12. de his qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc: Vt ſi quis forte recedat ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur, &c. Idem probari poteſt luculenter ex hiſtoria Serapionis, quam Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 6. ca. 44. narrat ex Dionyſio Alexandrino, & ex Chryſoſtomo ad Innocentium, commemorante quòd

militee

milites ad vesperam diei in Ecclesiam ingressi, etiam in sanctuaria irruperunt, et sanctissimum Christi sanguinē in militum vestes effusum esse. Quod sane de sanguine in Ecclesiis ad tempus aliquod seruato intelligendum est. Ex quo perspicuum est vniuersæ antiquitati repugnare eos qui docent sacramenta confecta, mox vniuersa absumenda: nec quicquàm esse reseruandū quod reponatur, aut deferatur aliquò, quasi hoc non sit verbo Dei conforme. Sed vbi infirmis aut morituris danda est communio, eucharistia consecretur & conficiatur, quæ ipsis dispensetur. Aliter sensisse ante annos mille trecentos Iustinum, & post eum alios nobilissimos scriptores, Irenæum, Eusebium, Ambrosium, Hieronymum, iam demōstratum satis existimamus. Sed dicent fortasse: non prorsus improbare se reseruationem eucharistiæ, quæ dispensetur morituris & infirmis, vel absentibus à cœtu publico Ecclesiæ, ex aliqua iusta causa; sed id se damnare tanquam superstitiosum, quòd reseruetur eucharistia ad adorationem & venerationem, cùm ad eum vsum instituta à Christo non videatur. Sed quia hæc cauillatio eidem fundamento & rationi nititur, quâ improbatio circumgestationis eucharistiæ, ex his quæ de solenni circumgestatione eucharistiæ mox dicentur, inania esse & friuola, facile intelligetur.

ligetur.

Quòd poſtremò de circumgeſtando ſacramẽto calũniantur: Primùm cõſtat ex B. Iuſtino martyre, quòd olim ad abſentes à publicis cõuentibus, puta infirmitate, vel alia aliqua neceſsitate præpeditos ſacra euchariſtia ꝑ diaconos deferri ſit ſolita. Conſtat rurſus ex B. Irenæo, quòd Pontifices Romani peregrinis Epiſcopis qui catholici erant, Romam venientibus, in ſymbolum quoddã & teſtificationẽ cõmunis fidei, pacis & concordiæ, ſacrã euchariſtiã trãſmittere ſolebãt. Cõſtat quoq; ex D. Hieronymo: quòd S. Exuperius epiſcopus Tholoſanus corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem verò portare ſit ſolitus in vitro. Cõſtat deinde, quòd presbyter puero tradit euchariſtiã ad ſenẽ Serapionẽ ꝑferendã. Quodq; apud Tertullianũ & Cyprianũ euchariſtia data ſit fidelibus domũ ꝑferenda. Cõſtat poſtremò ex B. Ambroſio, quòd periculoſam nauigationẽ aut ꝓfectionẽ ſuſcepturis in præſidiũ dari conſueuerat ſacra Euchariſtia. Neq; ab vllo ſcriptore probato hæc reprehenſa vlla ætate leguntur, tãquam adinuẽtiones quædã humanæ & ſuperſtitioſæ, ſine verbo Dei excogitatæ. Hæc cùm ita ſint, immeritò ſanè ab hæreticis odioſè exagitatur religioſa ſacræ euchariſtiæ in publicis ſupplicationibus circũgeſtatio: tũ venerationis, adorationis, & gratæ recordationis

Ex Euſebio & Dionyſio Alexandrino.

dationis ac cõmemorationis beneficiorũ per mortẽ Christi hominibus præstitorũ causa: tũ etiam ꝓuocandæ diuinæ clementiæ & auxilij in publicis calamitatibus & necessitatibus gratia. Cumq́ nõ solùm in cibum & potum consecranda sit eucharistia, sed etiam in cõmemorationem mortis Christi, quis audeat dicere: Circumgestationem, qua excitatur fidelis populi deuotio, & mortis Christi memoria religiosè & reuerẽter, atq; etiã solẽni cum lætitia celebratur, superstitiosam esse, & Christi institutioni aduersari? Scribit quoq; Dionysius ille Areopagita Apostolorum discipulus in celebratione Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi solitã fieri eleuationẽ, et ostensionem, haud dubiè vt ad venerationẽ, & adorationẽ sacramẽti populus excitaretur: quã quisnã improbare audeat, eo quòd de ea nihil disertè à Christo mandatũ legatur? Sicut igitur cõtra Christi institutionẽ nihil fit, quãdo sacra eucharistia cũ celebritate religiosa & veneratione publica ad infirmos defertur, aut in cõmunionis catholicæ symbolũ ad catholicos Episcopos solẽniter trãsmittitur: ita profectò nihil cõtra Christi institutũ fit, quãdo in festiuis supplicationibus magna cũ veneratione, & publica ac religiosa quadã põpa circũfertur. Quanta cũ celebritate & veneratione arcã fœderis, quæ manna corporale, tabulas & virgas conti-

Ecclesia. Hierarchiæ. c. 7.

continebat, quaeq; huius ſacramenti haud dubie typum gerebat, populus veteris legis tempore circumferebat, abundè teſtantur veteres libri, Ioſue & Regū: Et nos Chriſtiani ſinemus nobis pſuaderi, quòd contra Chriſti inſtitutionem facimus, ſi ſacram euchariſtiam ad vſum quidem refectionis ſpiritualis conſecratam, priuſquàm ad eum vſum applicetur, religiosè et feſtiuè colamus & veneremur? Denique omnem de hac re dubitationem adimit Eccleſiae catholicae praxis & vſus, qui ab annis amplius trecentis publicam hāc & feſtiuam corporis Chriſti circumgeſtationem obſeruauit & commendauit; imò in Concilijs approbauit. In qua ſi quid ineſſet, vt impij calumniatores iactitant, vel ſuperſtitionis noxiae vel idolomaniae, aut idololatriae, Spiritus Chriſti, qui in conſummationem ſeculi gubernat Eccleſiam, ſecundum ipſius Chriſti promiſſum, non tam multorum annorum ſpatio paſſus eſſet ſuam dilectam ſponſam Eccleſiam publica fornicatione inquinari & contaminari. Porrò quàm vana ſit, odioſa illa calumniatorum obiectio, quam identidem inculcant: Omnē cultum qui citra expreſſum verbum Dei, Deo exhibetur, idololatricum eſſe aut ſuperſtitioſum, inferius prolixè demonſtratur in proprio ea de re loco.

Viennēſi & Lateranenſi.

Quartae calumniae confutatio in capite proximo de

mo de Missa, Christo duce, dilucidè & solidè fiet.

Caput XV. De Missa.

QVoniam præsentis scripti institutum non permittit, vt de sacra Christianorũ Missa, prolixa sit, & pro magnitudine & maiestate ipsius argumenti, exacta & accurata narratio, qualem plurimi viri Catholici euidentissimè ediderunt, quos ad pleniorem eruditionem & explicationem consulere licet: duo tantùm tractabimus.

Primò: ostendemus in Propheticis, Euangelicis, & Apostolicis literis, Missam esse probatã & fundatam, atq; adeò ab ipso Christo institutam.

Secundò: ostendemus, quàm inanes & vanæ sint impiæ probationes, quibus Missam tanquam papisticam insectantur, & impietatis ream peragere student.

Quòd ad prius caput igitur attinet, verba institutionis Dominicæ cœnæ, siue sacramenti Eucharistiæ, quæ Euangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas, & Apost. Paulus commemorant, pariter recipimus. Cœnantibus illis (inquit Matthæus) accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiẽs calicẽ, Math. 26.

gratias

gratias egit,& dedit illis,dicens: Bibite ex hoc oẽs: hic eſt enim calix meus noui teſtamẽti,qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorũ. Similiter Marci 14. Et manducantibus illis, accepit Ieſus panẽ,& benedicẽs fregit,& dedit eis, & inquit illis: Sumite,hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice,gratias agens dedit eis,& biberunt ex illo omnes,& ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur. Et Lucas capite vigeſimoſecundo. Et accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem,poſtquàm cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamẽtum in ſanguine meo,qui pro vo-
1.Cor.11. *bis effundetur. Et Paulus: Ego enim (inquit) accepi à Domino,quod & tradidi vobis: quoniam Dominus noſter Ieſus,in qua nocte tradebatur, accepit panem,& gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate,hoc eſt corpus meũ,quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit,dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine,hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in meam commemorationem.*

Tantùm de verborum inſtitutionis intelligẽtia inter catholicos & ſectarios controuerſia eſt.

Ac de

At de illorum verborum germana & vera expositione: hoc est corpus meum: in hoc capite non agitur. Sed de verbis illis: hoc facite in meā commemorationem. In his enim verbis docent catholici, comprehendi totam actionem Christi, & non tantùm mandatum cōsecrandi, & conficiendi corpus Christi, sed etiam mādatum sacrificandi, & offerendi illud. Quibus in rebus, cōsecratione scilicet, & sacrificio, siue oblatione, & dispēsatione, siue perceptione corporis & sanguinis Christi, integram substantiam Missæ positam docent. Cùm igitur in præsenti controuersia, non de consecratione corporis Christi & sanguinis agatur, sed de sacrificio & oblatione, hoc vnū ostendendum est, quòd in verbis: hoc facite in meam commemorationem: mandatum sacrificandi & offerendi contineatur. Lucæ. 22.

Manifestum est igitur, quòd per verba illa Christus sacramenti institutor mādat Apostolis, vt hoc, quod ipse fecit, deinceps ipsius exēplo ipsi faciant, idq; in ipsius recordationem. Porrò Christum & consecrasse panem in corpus, & vinum in sanguinem, & simul eadem consecrata Patri obtulisse, & sacrificasse, sic probamus.

Primùm, ipsam consecrationem corporis & sanguinis ex pane et vino, ob Dei cultū & reuerentiam factam, habere sacrificij rationem secū-

dùm

Lib.10.de ciuit.Dei *dùm definitionem illam Auguſt. verum eſſe ſacrificium omne opus quod agitur, vt ſanctâ ſocietate Deo adhæreamus, vrgere nolumus: ſed ex Euangeliſta Luca conſtare dicimus, quòd Chriſtus conſecrationem illam diuinam & myſticã fecit, tanquam Pontifex ſecundùm ordinẽ Melchiſedech, inſtituens nouum agnum paſchalem, vetere iam abolito, quem Patri cæleſti oblatũ, deinceps pro veteri agno paſchali nouus populus mãducaret, in azymis ſynceritatis & veritatis. Sicut enim vetus agnus paſchalis prius ſacrificabatur & immolabatur, quàm edendus proponebatur: ſic Chriſtus inſtituens nouũ paſcha, prius patri cæleſti offerebat agnũ nouũ, quàm illũ Apoſtolis edendum proponeret. Poſtquàm enim Lucas agni paſchalis figuram in Dei regno implendam dixiſſet, mox deſcribit Chriſtum, tanquam noui teſtamenti ſacerdotem & pontificem ſecũ-* Pſal. 109. Gen. 14. *dum ordinem Melchiſedech, panem & vinum in manus ſumpſiſſe, eaq; benedicendo in corpus & ſanguinem conuertiſſe, & conſecraſſe, & nouam cœnam paſchalẽ inſtituiſſe: quam deinceps Apoſtoli, eorumq; ſucceſſores in recordationem mortis ipſius celebrarent, conſecrantes panem in corpus eius, & vinum in ſanguinem, eúmq; cæleſti patri offerentes. Quòd ſi cuipiam fortaſſe videatur ex verbis Euangeliſtæ Lucæ, quibus inſtitu-*

institutionem Dominicæ cœnæ descripsit, nō satis dilucidè cōstare, quòd post abolitum veterem agnum Paschalem, Christus tanquam pontifex noui testamenti, instituerit noui agni oblationē, quem oblatum & sacrificatum populus nouus mãducaret: duo sunt potissimum in sacris literis testimonia, quæ perspicuè & certissimè docēt, Christum in nouissima cū Apostolis cœna consecrasse nouū agnum paschalem, eumq́; patri suo cælesti obtulisse, tanquam nouum sacerdotem, nō secundùm ordinem Aaronicū, sed secundùm ordinem Melchisedech. Prius testimonium est Dauidis: Psal. 109.
Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. quem Psalmū de Christo accipiendum tam Christus ipse apud Matthæum cap. 22. quàm Paulus in epist. ad Heb. cap. 7. docet. Testatur itaq; diuinus propheta Dauid, Christum sacerdotem noui testamenti, assimilatum fuisse sacerdoti Melchisedech: non solùm quia fuit rex iustitiæ, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum neque finem habens, sicut Paulus exponit: sed etiam quia formam et ritum sacrificij eius expressit, hoc est, non solùm secundùm dignitatem ipsius Melchisedech, sed etiam secūdùm ritum sacrificij ipsius. Cùm igitur sacrificium Melchisedech situm fuerit in oblatione panis & vini, necesse est, vt Christus in consecra-

L tione

primùm statuendũ & demonstrandũ est, quòd non solùm in ipsa actione sacramentali, hoc est, benedictione, consecratione, oblatione, & distributione, Eucharistiæ sacramẽtum permanet: sed etiam extra actionem illam perseuerat, quàmdiu species sacramenti incolumes perdurant. Sanè hoc diffiteri non possunt authores huius Confessionis quam confutamus, cùm, dũ de danda morientibus communione contra Caluinistas agunt, proponant Iustini martyris vetustissimi scriptoris sententiam ex maiore sua apologia, qua probant, quòd in primitiua Ecclesia vsitatissimum fuerit, non tantùm ægrotis, sed etiam bene valẽtibus singulis, hoc est, extra publicum conuẽtum Ecclesiæ, si à publico cœtu abfuerint, eucharistiam dare, vel mittere: Ei, inquit Iustinus, qui præpositus est fratribus, panis offertur, et poculũ vino et aqua temperatum. Quæ cùm accipit, laudẽ & gloriã Deo tribuit, gratiasq; Deo agit, quòd ab eo his dignus sit habitus. Quibus ritè peractis, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnicuiq; eorum qui adsunt, & ad eos qui absunt perferunt: atque hic cibus apud nos Eucharistia vocatur. Ex quibus Iustini verbis clarissimum est, quòd post peractam & absolutã sacramentalẽ actionẽ in ecclesiastico conuentu, postq; cõuentum solutum permanet vera eucharistia, verumq; Sacramẽtum,

In Apolog. pro Christianis.

verum

verum Christi corpus continẽs, quod ad absentes defertur. Idẽ testatur clarissimè D. Hieronymus in Epistola ad Rusticũ monachũ, cõmendans sanctum Exuperium Episcopũ: Nihil illo, inquit, ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Et sanctus martyr Ireneus testatur, sua ætate Romanæ Ecclesiæ cõsuetudinem fuisse, vt Romanus Episcopus peregrinis Episcopis & presbyteris catholicis eucharistiã solenniter transmitteret. Ita sensisse iã olim vniuersos catholicos ex eo quoq; certissimũ est, quòd cõsuetudo olim fuit, vt eucharistiam Christianus populus, præsertim persecutionis tempore, aut periculosæ alicuius peregrinationis, vti superius ex probatissimis scriptoribus copiosè ostensum est, domum deferret. Quod sanè eorũ studium & votũ prorsus ridiculum & inane fuisset, nisi persuasissimum habuissent, post peractam actionẽ permanere sacramentum Eucharistiæ posse. Postremò de eo extat memorabilis sententia celeberrimi illius scriptoris Cyrilli ad Calosyrium Episcopum: Audio quòd dicũt illi mysticã benedictionẽ, si ex ea remanserint in sequẽtem diẽ reliquiæ, ad sanctificationẽ inutilem esse. Sed insaniũt hæc dicẽtes. Nõ enim alius hic Christus, neq; sanctũ eius corpus mutabitur: sed benedictionis virtus, & viuifica gratia perpetuò manẽt in illo. Et nota est

Clementis ſententia, quam ab Apoſtolo Petro ſe hauſiſſe teſtatur, qua admonet presbyteros, diaconos & miniſtros, vt cum timore & tremore reliquias & fragmenta corporis Domini cuſtodiant.

Certè in Concilio Remẽſi, Wormacienſi, Concilio Arelatenſi, Concilio celeberrimo † *Lateranenſi ſub Innocentio 3. Concilio Viennenſi, atque alijs, ſeuerè præcipitur, vt ſacramentum Euchariſtiæ religiosè & ſollicitè in loco mundo reſeruetur, vt parata ſemper ſit infirmorum & morientium neceſsitatibus. Quin & ex Niceni Cõcilij canone decimo quarto conſtat, Euchariſtiam cõſueuiſſe in fideliũ vſum adſeruari. Sed & illud, inquit, innotuit ſancto concilio, quòd quidã Diaconi, etiam ante Epiſcopum, ſacramenta ſumũt: hoc ergo etiam amputetur. & ſi nõ fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel Sacerdos, tunc ipſi Diaconi proferant & edant.*

† Cap. 20.

Et canone 12. de his qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc: Vt ſi quis forte recedat ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur, & cæt. Idem probari poteſt luculenter ex hiſtoria Serapionis, quam Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 6. ca. 44. narrat ex Dionyſio Alexandrino, & ex Chryſoſtomo ad Innocentium, commemorante quòd

milites

milites ad vesperam diei in Ecclesiam ingressi, etiam in sanctuaria irruperunt, et sanctissimum Christi sanguinē in militum vestes effusum esse. Quod sane de sanguine in Ecclesiis ad tempus aliquod seruato intelligendum est. Ex quo perspicuum est vniuersæ antiquitati repugnare eos qui docent sacramenta confecta, mox vniuersa absumenda: nec quicquàm esse reseruandū quod reponatur, aut deferatur aliquò, quasi hoc non sit verbo Dei conforme. Sed vbi infirmis aut morituris danda est communio, eucharistia consecretur & conficiatur, quæ ipsis dispensetur. Aliter sensisse ante annos mille trecentos Iustinum, & post eum alios nobilissimos scriptores, Irenæum, Eusebium, Ambrosium, Hieronymum, iam demōstratum satis existimamus. Sed dicent fortasse: non prorsus improbare se reseruationem eucharistiæ, quæ dispensetur morituris & infirmis, vel absentibus à cœtu publico Ecclesiæ, ex aliqua iusta causa: sed id se damnare tanquam superstitiosum, quòd reseruetur eucharistia ad adorationem & venerationem, cùm ad eum vsum instituta à Christo non videatur. Sed quia hæc cauillatio eidem fundamento & rationi nititur, quæ improbatio circumgestationis eucharistiæ, ex his quæ de solenni circumgestatione eucharistiæ mox dicentur, inania esse & friuola, facile intelligetur.

ligetur.

Quòd poſtremò de circumgeſtando ſacramēto calūniantur: Primùm cōſtat ex B. Iuſtino martyre, quòd olim ad abſentes à publicis cōuentibus, puta infirmitate, vel alia aliqua neceſſitate præpeditos ſacra euchariſtia p diaconos deferri ſit ſolita. Conſtat rurſus ex B. Irenæo, quòd Pontifices Romani peregrinis Epiſcopis qui catholici erant, Romam venientibus, in ſymbolum quoddā & teſtificationē cōmunis fidei, pacis & concordiæ, ſacrā euchariſtiā trāſmittere ſolebāt. Cōſtat quoq; ex D. Hieronymo: quòd S. Exuperius epiſcopus Tholoſanus corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem verò portare ſit ſolitus in vitro. Cōſtat deinde, quòd presbyter puero tradit euchariſtiā ad ſenē Serapionē pferendā. Quodq; apud Tertullianū & Cyprianū euchariſtia data ſit fidelibus domū pferenda. Cōſtat poſtremò ex B. Ambroſio, quòd periculoſam nauigationē aut pfectionē ſuſcepturis in præſidiū dari conſueuerat ſacra Euchariſtia. Neq; ab vllo ſcriptore probato hæc reprehenſa vlla ætate leguntur, tāquam adinuētiones quædā humanæ & ſuperſtitioſæ, ſine verbo Dei excogitatæ. Hæc cùm ita ſint, immeritò ſanè ab hæreticis odioſè exagitatur religioſa ſacræ euchariſtiæ in publicis ſupplicationibus circūgeſtatio: tū venerationis, adorationis, & gratæ recordationis

Ex Euſebio & Dionyſio Alexandrino.

dationis ac cõmemorationis beneficiorũ per mortẽ Christi hominibus præstitorũ causa: tũ etiam prouocandæ diuinæ clementiæ & auxilij in publicis calamitatibus & necessitatibus gratia. Cumq; nõ solùm in cibum & potum consecranda sit eucharistia, sed etiam in cõmemorationem mortis Christi, quis audeat dicere: Circumgestationem, qua excitatur fidelis populi deuotio, & mortis Christi memoria religiosè & reuerẽter, atq; etiã solẽni cum lætitia celebratur, superstitiosam esse, & Christi institutioni aduersari? Scribit quoq; Dionysius ille Areopagita Apostolorum discipulus in celebratione Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi solitã fieri eleuationẽ, et ostensionem, haud dubiè vt ad venerationẽ, & adorationẽ sacramẽti populus excitaretur: quã quisnã improbare audeat, eo quòd de ea nihil disertè à Christo mandatũ legatur? Sicut igitur cõtra Christi institutionẽ nihil fit, quãdo sacra eucharistia cũ celebritate religiosa & veneratione publica ad infirmos defertur, aut in cõmunionis catholicæ symbolũ ad catholicos Episcopos solẽniter trãsmittitur: ita profectò nihil cõtra Christi institutũ fit, quãdo in festiuis supplicationibus magna cũ veneratione, & publica ac religiosa quadã põpa circũfertur. Quanta cũ celebritate & veneratione arcã fœderis, quæ manna corporale, tabulas & virgas conti-

Ecclesia. Hierarchiæ. c. 7.

continebat, quæq; huius ſacramenti haud dubie typum gerebat, populus veteris legis tempore circumferebat, abundè teſtantur veteres libri, Ioſue & Regũ: Et nos Chriſtiani ſinemus nobis pſuaderi, quòd contra Christi institutionem facimus, ſi ſacram euchariſtiam ad vſum quidem refectionis ſpiritualis conſecratam, priuſquàm ad eum vſum applicetur, religiosè et feſtiuè colamus & veneremur? Denique omnem de hac re dubitationem adimit Eccleſiæ catholicæ praxis & vſus, qui ab annis amplius trecentis publicam hãc & feſtiuam corporis Christi circumgeſtationem obſeruauit & commendauit, imò in Concilijs approbauit. In qua ſi quid ineſſet, vt impij calumniatores iactitant, vel ſuperſtitionis noxiæ vel idolomaniæ, aut idololatriæ, Spiritus Christi, qui in conſummationem ſeculi gubernat Eccleſiam, ſecundum ipſius Chriſti promiſſum, non tam multorum annorum ſpatio paſſus eſſet ſuam dilectam ſponſam Eccleſiam publica fornicatione inquinari & contaminari. Porrò quàm vana ſit, odioſa illa calumniatorum obiectio, quam identidem inculcant: Omnẽ cultum qui citra expreſſum verbum Dei, Deo exhibetur, idololatricum eſſe aut ſuperſtitioſum, inferius prolixè demonſtratur in proprio ea de re loco.

Viennẽſi & Lateranenſi.

Quarta calumniæ confutatio in capite proximo de

mo de Missa, Christo duce, dilucidè & solidè fiet.

Caput XV. De Missa.

QVoniam præsentis scripti institutum non permittit, vt de sacra Christianorũ Missa, prolixa sit, & pro magnitudine & maiestate ipsius argumenti, exacta & accurata narratio, qualem plurimi viri Catholici euidentissimè ediderunt, quos ad pleniorem eruditionem & explicationem consulere licet: duo tantùm tractabimus.

Primò: ostendemus in Propheticis, Euangelicis, & Apostolicis literis, Missam esse probatã & fundatam, atq; adeò ab ipso Christo institutam.

Secundò: ostendemus, quàm inanes & vanæ sint impiæ probationes, quibus Missam tanquam papisticam insectantur, & impietatis ream peragere student.

Quòd ad prius caput igitur attinet, verba institutionis Dominicæ cœnæ, siue sacramenti Eucharistiæ, quæ Euangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas, & Apost. Paulus commemorant, pariter recipimus. Cœnantibus illis (inquit Matthæus) accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiẽs calicẽ, Math. 26.

gratias

gratias egit,& dedit illis,dicens : Bibite ex hoc oẽs:hic eft enim calix meus noui teftamẽti,qui pro multis effundetur in remifsionem peccatorũ. Similiter Marci 14.Et manducantibus illis, accepit Iefus panẽ,& benedicẽs fregit,& dedit eis, & inquit illis:Sumite,hoc eft corpus meũ.Et accepto calice,gratias agens dedit eis,& biberunt ex illo omnes,& ait illis:Hic eft fanguis meus noui teftamenti,qui pro multis effundetur.Et Lucas capite vigefimofecundo.Et accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis , dicens : Hoc eft corpus meum,quod pro vobis tradetur.hoc facite in meam commemorationem.Similiter & calicem,poftquàm cœnauit , dicens : Hic eft calix nouum teftamẽtum in fanguine meo,qui pro vobis effundetur.Et Paulus:Ego enim(inquit)accepi à Domino,quod & tradidi vobis : quoniam Dominus nofter Iefus,in qua nocte tradebatur, accepit panem,& gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate,hoc eft corpus meũ,quod pro vobis tradetur.hoc facite in meam cõmemorationem.Similiter & calicem, poftquàm cœnauit,dicens:Hic calix nouum teftamentum eft in meo fanguine,hoc facite, quotiefcunq; biberitis, in meam commemorationem.

1.Cor.11.

Tantùm de verborum inftitutionis intelligẽtia inter catholicos & fectarios controuerfia eft.

Ac de

Ac de illorum verborum germana & vera expositione: hoc est corpus meum: in hoc capite non agitur. Sed de verbis illis: hoc facite in meã commemorationem. In his enim verbis docent catholici, comprehendi totam actionem Christi, & non tantùm mandatum cõsecrandi, & conficiendi corpus Christi, sed etiam mãdatum sacrificandi, & offerendi illud. Quibus in rebus, cõsecratione scilicet, & sacrificio, siue oblatione, & dispẽsatione, siue perceptione corporis & sanguinis Christi, integram substantiam Missæ positam docent. Cùm igitur in præsenti controuersia, non de consecratione corporis Christi & sanguinis agatur, sed de sacrificio & oblatione, hoc vnũ ostendendum est, quòd in verbis: hoc facite in meam commemorationem: mandatum sacrificandi & offerendi contineatur. Lucæ. 22.

Manifestum est igitur, quòd per verba illa Christus sacramenti institutor mãdat Apostolis, vt hoc, quod ipse fecit, deinceps ipsius exẽplo ipsi faciant, idq́ in ipsius recordationem. Porrò Christum & consecrasse panem in corpus, & vinum in sanguinem, & simul eadem consecrata Patri obtulisse, & sacrificasse, sic probamus.

Primùm, ipsam consecrationem corporis & sanguinis ex pane et vino, ob Dei cultũ & reuerentiam factam, habere sacrificij rationem secũdùm

institutionem Dominicæ cœnæ descripsit, nō satis dilucidè cōstare, quòd post abolitum veterem agnum Paschalem, Christus tanquam pontifex noui testamenti, instituerit noui agni oblationē, quem oblatum & sacrificatum populus nouus mãducaret: duo sunt potissimum in sacris literis testimonia, quæ perspicuè & certissimè docēt, Christum in nouissima cū Apostolis cœna consecrasse nouū agnum paschalem, eumq́; patri suo cœlesti obtulisse, tanquam nouum sacerdotem, nō secundùm ordinem Aaronicū, sed secundùm ordinem Melchisedech. Prius testimonium est Dauidis: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. quem Psalmū de Christo accipiendum tam Christus ipse apud Matthæum cap. 22. quàm Paulus in epist. ad Heb. cap. 7. docet. Testatur itaq; diuinus propheta Dauid, Christum sacerdotem noui testamenti, assimilatum fuisse sacerdoti Melchisedech: non solùm quia fuit rex iustitiæ, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum neque finem habens, sicut Paulus exponit: sed etiam quia formam et ritum sacrificij eius expressit, hoc est, non solùm secundùm dignitatem ipsius Melchisedech, sed etiam secūdùm ritum sacrificij ipsius. Cùm igitur sacrificium Melchisedech situm fuerit in oblatione panis & vini, necesse est, vt Christus in consecra- Psal. 109.

L tione

tione panis & vini, quam in vltima Dominica cœna feciſſe legitur, Deo patri ſacrificium corporis & ſanguinis, ſub ſpeciebus panis & vini obtulerit, & ſacrificauerit tanquam ſacerdos ſecūdùm ordinem Melchiſedech. Hoc Dauidis teſtimonium ſic acceperunt, iam inde ab exordio eccleſiæ naſcentis, ſancti ſcriptores, tā Græci quàm Latini. Cypria. in epiſt. ad Cecilium: Auguſt. in Pſal. 109. Itē li. 17. de ciuitate Dei, cap. 17. In oratione contra Iudæos cap. 9. Epiph. in hæreſi Melchiſedechianorū. D. Hiero. in tradition. Hebraicis, & in epiſt. ad Marcellā. Euſeb. de demonſtrat. Euangeli. lib. 5. cap 3.

1. Cor. 10. *Alterum teſtimonium eſt Apoſtoli Pauli: Videte, inquit, Iſraël ſecundùm carnem. Nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Quid ergo eſt, dico quòd idolis immolatum ſit aliquid: aut quod idolum ſit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, non Deo: nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum. Nō poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: nō poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & mēſæ dæmoniorum. Quibus verbis manifeſtiſsimum eſt, Apoſtolum comparare noſtram euchariſtiam ſacrificijs veteris legis, & ſacrificijs dæmoniorum: quod non feciſſet ſanè, niſi certiſſimum habuiſſet, atque etiam Chriſtiano populo notiſſimum fuiſſet,*

Vide Auguſt. lib. 1. cōtra adverſariū legis & pro

ſet,

ſet, Euchariſtiam ita eſſe ſacrificium verum, ſicut quæ Deo in veteri teſtamento offerebantur, & quæ à gentilibus immolabantur dæmonijs. At verò vnde Euchariſtia ſacrificij rationem habere poſſet, niſi ex eo, quòd dum à Chriſto, & Apoſtolis eius, Apoſtolorumq́; ſucceſſoribus ex pane & vino conſecratur, ſimul etiam à conſecrante Deo offertur? phetarū cap. 20.

His duobus teſtimonijs ritè adiungi poteſt & propheticum illud Malachiæ vaticinium, cap. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nō ſuſcipiam de manu veſtra. ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: Et in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda, quia magnum eſt nomē meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Quod teſtimoniū tametſi aduerſarij deprauare, atque alius in alium ſenſum detorquere conentur, conſtat tamen ab Eccleſiaſticis patribus, ijſq; vetuſtiſſimis & antiquiſſimis, expoſitum eſſe de ſacrificio euchariſtiæ, quod toto terrarum orbe nomini Domini magno offerendū Malachias vaticinatur, ſublatis veteribus ſacrificijs: atque in illud ſolum, circumſtantiæ vaticinij profectò competunt. Sic Aug. 15. de ciuit. Dei cap. 35. & D. Hieronymus in cōmentarijs ſuper Malachiā. Leo in ſermone 7. de paſſione Domini. Malac. 1.

mini. Sic antiquissimus ille Irenaus, Apostolorum temporibus propinquus: Cuius sententiam ex lib. 4. contra Valentinum mox referemus. Vnicum hic Iustini Martyris, temporibus Apostolorum proximi, recitabimus ex dialogo cum Triphone aduersus Iudaeos. Neq; vero à quoquã hostias Deus, inquit, accipit, nisi à suis sacerdotibus. Itaq; omnia sacrificia, quae suo nomine faciẽda Iesus Christus tradidit, id est in eucharistia panis & poculi, quaeq; in omni loco à Christianis fiũt, praeoccupatione Deus sibi grata esse testatur. Quae autem à vobis, vestrisq; fiunt, improbat his verbis: Sacrificium, inquit, vestrum de manibus vestris non suscipiam, quòd ab oriente sole ad occidentem nomen meũ gloria affectum est in gentibus: Vos autem illud detestamini, &c.

Iustinus aduersus Iudaeos.

Mal. 1.

Vides ab exordio Ecclesiae prophetiae vaticiniũ de eucharistiae oblatione acceptum esse. His testimonijs edocti, iam inde ab exordio Ecclesiae nascentis, vniuersi patres viri eruditione ac vitae sanctimonia, ac plerique etiam martyrio propter Christi confessionem celebres, perpetuò & constanter docuerunt, Christum tanquam sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech, in pane & vino sacrificasse, atque id in ipsis illis verbis: hoc facite in mei cõmemorationem: institutum esse intellexerunt, Apostolisque, ut & ipsi id facerent,

Lucae 22.

rent, mandatum. Primùm Dionysius ille Areopagita Apost. Pauli discipulus, insigni sentētia hāc doctrinam confirmat: Venerandus, inquit, antistes, diuinis altaribus astans, sancta & diuina laudat Iesu opera, quæ ineffabilis prouidentiæ ratione in salutem generis nostri, voluntate sanctissimi patris, in Spiritu sancto consummauit. Post sacras verò diuinorum operum laudes, quòd hostiam salutarem quæ super se est, litet, hoc est, immolet & sacrificet, se excusat, ad ipsum primùm decenter exclamans: Tu dixisti, hoc facite in meam cōmemorationem. Irenæus quoq; martyr contra Valentinum. Christus, inquit, eũ qui ex creatura, panis est, accepit & gratias egit dicens: hoc est corpus meum: & calicem similiter suum sanguinem confessus est: & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo. An apertius aliquod testimonium desiderari potest? Cyprianus item Martyr lib. 1. ad Quirinum contra Iudæos. Item in epist. ad Cecilium: Quis magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit: & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat: id est, panem & vinum, suũ scilicet corpus & sanguinem? Augustini quoq; plurima adduci possent testimonia: sed sufficit vnũ

De ecclesiast. hiera. cap. 3.

Lib. 4. ca. 32.

Cyprian.

Augustinus

aut alterum indicare potius quàm explicare. Vide lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 20. In Psal. 33. libri pri. contra aduersarium legis & prophetarum, caput 18. Et memorabilis est locus ille contra Faustum lib. 20. cap. 18. Hebræi in victimis pecorum, quas offerebant Deo, multis & varijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ quam Christus obtulit. Vnde iam Christiani, peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione sanguinis Christi. Similiter & in epist. 23. ad Bonifacium: Nõne semel immolatus est Christus in semetipso, & tamen in sacramento non solùm per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur, hoc est, sacrificatur.

Iustini Martyris insigne testimoniũ

Præterire hîc non possum sententiam gloriosi illius Martyris Christi Iustini, in Apologia. 2. pro Christianis, qua describit formam celebrationis cœnæ Dominicæ, iam tũ in Ecclesia ex institutione Apostolorum suo seculo vsitatam: Qui credunt, inquit, vera esse ea quæ à nobis dicuntur, seq; ita viuere posse promittunt, ij primùm precari à Deo præteritorum peccatorũ remissionem ieiunantes docẽtur: deinde ducuntur à nobis, vbi est aqua, eoq; regenerationis, renouationisq; genere, quo etiã nos ipsi renouati sumus, renascũtur. Posteaquã autem abluimus, expiauimusq; eũ

qui credidit, & assensus est, eum ad eos qui fratres dicuntur ducimus, eum in locum, quo conuenerunt cõprecandi causa, contentis animis, & pro se, & pro eo qui illustratus est, omnibusq́; alijs qui vbiq; sunt, vt & veritatis discipuli, & reipsa bonæ vitæ sanctæq́; cultores, & præceptorum custodes possimus inueniri, vt æternam salutem adipiscamur: sub finem precum nos inter nos osculo salutamus. Deinde ei, qui præpositus est fratribus, offertur panis & poculum aquæ & vino tẽperatum: quæ cum accipit, laudẽ & gloriã omniũ parẽti tribuit, gratiasq́; Domino agit, quòd ab eo his dignus sit habitus. Quibus ritè perfectis, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dãt vnicuiq; eorum qui adsunt percipiẽdum panẽ, vinũ & aquã, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, & ad eos qui absunt perferunt. Atq; cibus hic, apud nos eucharistia nominatur. Neq; hæc, vt communem vsitatum panem, vsitatamq́; potionem, capimus: sed quemadmodum per Dei verbum, homo factus Iesus Christus, & carnẽ & sanguinem pro salute nostra habuit: sic etiam cibũ, qui per preces sermonis quẽ ab eo accepimus consecratus est, Iesu Christi carnem & sanguinem esse accipimus. Apostoli enim id in commentarijs suis, quæ Euangelia dicuntur, sibi Christum præcepisse tradiderunt, cum accepto pane, cùm gratias egis-

ſet, dixiſſe: hoc facite in memoriam mei: hoc eſt corpus meum. dixiſſe etiam accepto poculo, cùm egiſſet gratias: hic eſt ſanguis meus, & ſibi ſolis dediſſe, &c.

Habetur in hiſtoria paſsionis eiuſde ſcripta à presbyteris Achaię

His meritò adiungenda eſt nobiliſ illa, & valde celebrata in Chriſti Eccleſia ſententia D. Andreæ Apoſt. ad proconſulem AEgeam, qua illum ſub mortem allocutus eſt: Omnipotenti, inquiens, Deo, qui vnus & verus eſt, ego omni die ſacrifico, nō thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum quotidie in altari crucis ſacrifico: cuius carnes poſtquam omnis populus credentiū manducauerit, & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus: & cùm verè ſacrificatus ſit, & verè eius carnes manducatæ ſint à populo, & verè ſanguis eius ſit hauſtus, tamen integer permanet, & immaculatus, & viuus.

Obſecro te, Chriſtiane Lector, attentè conſidera vetuſtiſsimorum illorum ſcriptorum Martyrum Chriſti, Dionyſij Areopagitæ, & Iuſtini ſententias: quorum alter fuit Apoſt. Pauli diſcipulus, alter circiter annum 140. floruit. Et manifeſtè comperies, eam Miſſam, quæ nunc quoque in Eccleſia obſeruatur, probè conſentire cum doctrina ſanctiſsimorum illorum Chriſti martyrū. Scri-

conues

bunt enim, populum per baptismum regeneratū conuenire in certum locum, vtpote oratorium aliquod, cōprecandi gratia, ac post preces peractas, panem & vinum adferri ad sacerdotem qui cœtui praest. Qui Deo gratias agens, tandem ad consecrandum ea in corpus & sanguinem Christi accedit: Postea tandem consecratum panē & vinum omnibus distribuit præsentibus. Quid quæso aliud in Catholicorum Missa agitur? Primùm hymni & laudes canuntur, & preces fiunt à sacerdote, populi vniuersi nomine: deinde panis & vinum offeruntur. Quæ post gratiarum actionem longam & preces intentas, tandem consecrat, & demum post preces populo distribuit.

Cum quibus pulchrè cōsentit Cyrillus ille præsul Hierosolymitanus in suis Catechesibus, quarū Diuus Hieronymus neminit, & quas ante annos mille ducentos conscripsit, & populo Hierosolymitano explanauit: in Catechesi mystagogica quinta, verbis minimè obscuris totum sacrificij illius incruenti ordinem tradit in hunc modum: Vidistis, inquit, diaconum aquam lauandis manibus porrigentem sacerdoti, & illis qui circum altare Dei stabant, presbyteris: num ideo prorsus dabat, vt sordes corporis abluerentur? Nequaquā. Sed illa manuū ablutio, symbolum est, oportere nos à peccatis omnibus & iniquitatibus mundari.

mūdari. Nónne audiſti Dauid myſteria iſta tra-ctantē, & dicentē: Lauabo inter innocētes manus meas, et circūdabo altare tuū Domine? Deinde clamat Diaconus: Complectimini, atq; oſculamini vos inuicem. Atq; mutuo tunc nos oſculo ſalutamus. Quod oſculum animas mutuò conciliat, & omnem malorum obliuionem ſpondet.

Poſtea clamat: Surſum corda. Verè enim circa illam maximè tremendam horam ſurſum ad Deū corda leuare neceſſe eſt, & non deorſum ad terram, terrenaq́; negotia deprimere.

Vos deinde reſpondetis: Habemus ad Dominū. Deinde dicit ſacerdos: Gratias agamus Domino. Et vos ſubijcitis: Dignum & iuſtum eſt.

Facimus deinde mentionem Cæli & Terræ, ac vniuerſæ creaturæ, tam ratione præditæ quàm irrationalis, Angelorum, Archangelorum, Virtutum, Dominationum, Principatuū, Poteſtatum, Thronorum & Cherubin, vt in illa cæleſti hymnodia cum ſupramundana militia cōmunicemus. Deinde Deum benigniſsimum oramus, vt ſuper propoſita ſanctum ſpiritum emittat, vt panē quidem faciat corpus Chriſti: vinū verò, ſanguinem Chriſti. Omnino enim quod attigerit Spiritus ſanctus, hoc ſanctificatur & trāſmutatur. Deinde poſtquam cōfectū eſt illud ſpirituale ſacrificiū, & ille cultus incruentus, ſuper ipſa propitiatio-

nis

nis hostia, obsecramus Deum pro cõmuni ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, &c. Postea facimus mentionem etiam eorũ qui ante nos obdormierũt: Primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorũ & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro omnibus oramus qui inter nos vita functi sunt: maximũ esse credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in altari positum est, sacrificij: Christum pro nostris peccatis offerimus, vt & nobis & illis eum, qui est benignissimus, propitium reddamus.

Postea dicitis illam orationem quam Saluator suis discipulis tradidit, cum pura conscientia patrum nuncupantes Deum, atque dicentes: Pater noster qui es in cœlis, &c. Sacerdos autem postea dicit: Sancta sanctis. Sancta scilicet ea quæ in ara proposita sunt, aduẽtu Spiritus sancti sanctificata, sanctus conueniunt. Audistis deinceps diuina quadam melodia psallentem, atque ad sacrorum mysteriorum communionem vos adhortantem: Gustate, & videte, quòd Christus est Dominus.

Num hoc corporeo palato, vt istud diiudicetis, vobis præcipitur? Nequaquam. Sed potius fide certa, & omnis dubitationis experti. gustãtes

enim, non panem aut vinum vt guſtent, iubentur, ſed quod ſub ſpecie eſt panis & vini, corpus & ſanguinem Chriſti. Accedens autem ad cõmunionem, non expanſis manuum volis accede: neque cum diſiunctis digitis, ſed ſiniſtram, veluti ſedem quandam, ſubijcias dexteræ, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens: Amen.

Caue autem ne quid inde excidat tibi. Nam ſi quis tibi ramẽta aurea daret, nónne magna cum diligentiâ illa teneres, cauens ne quid ex illis periret? & non multò magis & diligentius de hoc, quod auro, gemmiſq; pretioſius eſt, ne mica aliqua ex illo cadat, prouidebis?

Tum verò poſt communionem corporis Chriſti, accede, & ad calicem ſanguinis illius, non extrudens manus, ſed pronus, adorationis in modum & venerationis, dicens: Amen. Sanctificeris eo ſanguine Chriſti quem adſumis. Poſtremò expleta oratione, Deo gratias age, qui te tantis myſterijs dignum reddidit.

Eant nunc hæretici, & dicant: Miſſam Catholicorum, Papiſticum eſſe inuentum.

Et vt ſemel finiamus probationis laborẽ, prodeant in medium iudices, in quos nobiſcum authores Confeſsionis teſtati ſunt ſe conſentire, tãquam in legitimos de controuerſiâ religionis iudices.

dices. Capite enim de norma veritatis, disertè professi sunt, se assentiri ex animo verbo Dei viuentis, in sacris literis comprehenso, & tribus symbolis, additis ad illa tribus principalibus concilijs, Nicæno, Constantinopolitano, & Ephesino. Consulamus igitur Nicænum concilium, & videamus pro vtra parte sententiam ferat. Canon concilij. 14. sic habet: Peruenit ad conciliũ, quòd in locis quibusdam, & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigunt: hoc neq; regula, neque consuetudo tradidit, vt qui offerendi sacrificij non habet potestatem, his qui offerunt corpus Christi, porrigant. Vides disertis verbis astruere concilij patres, presbyteros habere potestatem offerendi corpus Christi in ecclesia. Et rursus: In diuina mensa sua humiliter intenti simus ad propositum panem & poculum: sed attollentes mẽtem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnum illum Dei, tollentem peccata mundi, incruẽtè à sacerdotibus immolatum: & pretiosum ipsius corpus & sanguinem, nos verè sumentes credamus hæc esse nostra resurrectionis symbola. Quem canonem tanquam Nicæni Concilij Caluinus citat in suis Institutionibus cap. de Cœna Domini. Consulamus & Ephesinum concilium, & audiamus quam ferat de proposita controuersia sententiam: Annunciantes, inquit in concilio Nicenum Cõcilium Ephesinũ Cõcilium

Cyrillus,

Cyrillus, ſecundùm carnem mortem vnigeniti filij Dei Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cœlos aſcenſionem pariter cõfitentes incruentã celebramus in Eccleſiis ſacrificij ſeruitutẽ, & ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & pretioſi ſanguinus Chriſti oĩm noſtrum redemptoris effecti.

Vides doctiſsimos patres eius cõcilij palã confiteri, quòd in Eccleſia celebratur incruentum ſacrificium. Porrò quid incruenti ſacrificij nomine intelligat concilium, ex ſubiecta explicatione, de corporis & ſanguinis Chriſti oblati perceptione, perſpicuum eſt. Itaque cùm luce clarius conſtet, etiam in primis illis & principalibus cõcilijs, Nicano & Epheſino, agnoſci & prædicari oblationem incruentam corporis & ſanguinis Chriſti: quæ poteſt eſſe reliqua dubitandi cauſa, an in Eccleſia verè offeratur corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, priuſquàm ad participationem inuitatur fidelis populus?

Conſtituta & ſatis probata vera ſententia de Miſſæ ſacrificio per Chriſtum inſtituto, iam accedamus ad examen probationum, quibus Chriſti ſacroſanctam & inuiolabilem inſtitutionem impietatis ream impij & blaſphemi peragere ſtudent.

PRIMA PROBATIO.

OMnis cultus, inquiunt, carens mandato Dei est impius. Certum verò est, Missam carere mandato Christi. Nam qui contendunt, Christum in illis verbis: Hoc facite in meam cõmemorationem: instituisse sacrificiũ Missæ, manifestè pugnant cum ipso textu, qui clarè pronunciat ea verba de eo, quod in præcedenti actione agitur, nempe de exhibitione communionis. Nam pronomen (hoc) perspicuè illam præsentem actionẽ indicat. Præterea Paulus clarè illa verba: Hoc in memoriam mei facietis: de Communione intelligenda esse ostendit, dum ea ad omnium Corinthiorum cœnam accõmodat, & dum ea insuper exponit per illa verba: Quotiens panem hunc comedetis, mortem Domini annunciate. 1.Cor.11.

CONFVTATIO.

Primùm quàm non sit solidum ac verum quod assumitur (omnem cultum carentem mandato Dei, scilicet disertè expresso, esse impium) constat clarißimè ex multiplici cultu & vario, quẽ sine vllo mandato expresso Deo oblatum, atque à Deo approbatum scripturæ testantur. Primũ acceptißimũ fuit Deo sacrificiũ Abel: acceptũ fuit Genes.4. Genes.8.

& vo-

1.Par. 16. *& votum Iacob. de his tamen nullum præceptum habebant. Dauid quoque ſine vllo mandato ædificare voluit templum. Rechabitæ de auſterioris*
Hiere. 35. *vitæ ratione nullum habebant mandatum, & ta-*
Heſter 9. *men acceptum fuit eorum ſtudium Deo. Mar-*
Macha. 7. *dochæus & Machabæus ſine vllo mandato ſolen-*
Lucæ 2. *nitates inſtituerunt. Anna propheteiſſa nullum habuit mandatum, vt ieiunijs & orationibus co-*
Matth. 3. *leret Deum. Sic nec Ioanni Baptiſtæ, nec Magda*
Lucæ 7. & Ioan. 12. *lenæ vngenti pedes Domini poteſt oſtendi aliquod mandatum datum fuiſſe: tamen eorum & ſtudium & vitæ genus ſummopere Deo placuiſſe indubitatum eſt. Verùm quoniã hic expreſſo Dei verbo non deſtituimur, nolumus de hoc prolixius dicere.*

Quod deinde dicunt in verbis illis: hoc facite: non eſſe ſacrificium Miſſæ inſtitutum, aliter rem ſe habere ſatis prolixè, tum ex teſtimonio
Pſal. 105. *prophetæ Dauidis: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech: & doctrina*
2. Cor. 10. *Pauli, Euchariſtiam Chriſtianorum conferentis cum ſacrificijs Moyſaicis, & ſacrificijs gentium: atque ex concordi patrum ſententia, iam inde ab Eccleſiæ exordio, atque etiam ex duobus illis celeberrimis concilijs, Niceno & Epheſino, ad quorum iudicium aduerſarij palàm prouocârunt, demonſtratum eſt.*

Sed Paulus, *inquiunt*, pronunciat ea verba de eo quod in præcedenti actione agitur, nempe de exhibitione communionis. Vnde pronomẽ (hoc) indicat præsentem illam actionem.

Hoc libenter admittimus. Hoc enim est quod contendimus, per demonstratiuum (hoc) demõstratam esse non tantùm communionem ipsam, neque tantùm exhibitionem Eucharistiæ: sed totam illam actionẽ Christi, quæ quas res comprehendat, exprimunt Euangelistæ & Paulus: Accepit (inquit) panẽ in manus, & gratias agẽs benedixit, & dedit eis. Actio ergo quæ demonstratur, continet consecrationem, oblationem, & distributionem. Vnde est clarissimus sensus: hoc quod ego feci, scilicet tanquam sacerdos secundũ ordinem Melchisedech, consecrans panem & vinum in corpus meum & sanguinem, & illa Deo iuxta sacerdotij munus offerens, vobisq; consecrata & oblata distribuens, etiam vos facite in meæ mortis cõmemorationem. Quòd enim pronomen (hoc) non demonstret solam manducationem, ex eo clarissimum est; quòd alioqui non daretur his verbis neq; potestas cõsecrandi, & conficiendi sacramentum, neq; mandatum alijs pro loco & tẽpore distribuendi: cùm tamen Paulus testetur, Dominum hoc velle fieri vsq; ad suum aduentũ. Significat itaq; hoc verbum (facite hoc) ordina-

1. Cor. 11.

Habes illustrẽ sententiã Iustini paulò antè citatam.

tum eſſe & inſtitutum à Chriſto, vt Apoſtoli hoc ipſum facerēt, quod ipſe prior fecerat: noui teſta-
Lib. 4 capit. 32. *menti (vt ait Martyr Irenæus) nouam oblationē inſtituens, & eam Apoſtolos ſuos docens. Porrò quòd Apoſt. ad vniuerſam Eccleſiam Corinthiorum hoc verbum: hoc facite in meam commemorationem: refert, dum dicit: quotieſcunq; bibetis, hoc facite in mei cōmemorationem, & ſubijcit: Quotieſcunq; enim manducabitis panem, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis: nō eò pertinet, vt hoc verbo (hoc facite) nihil aliud quàm mādacatio & potatio cōmendetur: ſed hoc inſinuat Paulus, quòd hoc verbum etiam ad mādacantes & bibētes referri poſsit. Debent enim etiam illi per ſacerdotem, & cum ſacerdote offerre agnum immaculatum noui teſtamenti, & de illo mādacare, eiuſq; ſanguinem bibere, idq; cum grata cōmemoratione beneficiorū Chriſti. Quod ex ipſa huius agni myſtici Moſaica figura intelligere licet. Cùm enim mādaretur antiquo populo, vt faceret phaſe, mandatū eſt Iudæis, vt offerrent agnum, & pòſt de oblato agno ederent: & verbo (facere phaſe) deſignatum eſt mandatum, vt ſacrificarent ſimul & ederent: ſacrificarent quidem, nō per ſeipſum quilibet è populo, ſed per ſacerdotem ſecundùm ordinationē legis: & quilibet de illo ederet. Vti clarè patet ex cap. 9. in Numeris,*

meris, Leuitici 17. & Deuteronomij 16.

Sic sanè eruditißimi patres verbum: Facite in mei cõmemorationem: modò interpretantur esse, consecrate & offerte, vt pertineat ad sacerdotes, Dionysius, Cyprianus, & reliqui superius citati: modò ad vniuersam credentium Ecclesiam, August. lib. de Trinitate: Qui morte Domini liberati sumus, eius rei memoriam, edendo & potando quæ oblata sunt, significamus. Item contra Faustum: Hebræi in victimis pecorum prophetiã celebrabant futuræ victimæ quam Christus obtulit. Vnde iam Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Ambrosius. Quotiescunq; accipimus, mortem Domini annunciamus. Basilius: Accedimus ad corpus Domini & sanguinem Christi in commemorationem ipsius, qui pro nobis passus est & resurrexit. Denique in sacratißimo illo canone Missæ, consecratum corpus & sanguinem Christi, sacerdos simul cum populo offert patri, dum dicit: Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta tibi offerimus, &cæt.

Lib. 20. cap. 18.

Amb lib. 4. de Sacramẽtis, cap 6.

Basil. lib. 1. de bapt. cap. 3.

Hoc tamen hic attentè considerandum, quòd primarius & principalis finis sacrificij huius incruenti est, secũdum doctrinam Christi & Apo-

ſtoli Pauli, commemoratio, recordatio, & repræſentatio mortis Dominicæ. In hunc enim finem iubet Chriſtus ſacrificiũ fieri. Sed ſumptionis & participationis corporis, & ſanguinis agni immolati, finis primarius eſt: ſpirituali cibo & potu animam ſumentis recreare, confortare, ac vegetare: quæ quidem participatio cum grata recordatione & commemoratione mortis Christi coniungi debet. Et præſertim in eo, quòd participaturus hunc ſpiritualem cibum, cùm ſacerdote, agnum Chriſtum grata recordatione prius offerat.

Secunda Probatio: Miſſa cùm quotidie fiat pro viuis & mortuis, proteſtatur nondum eſſe peractum propitiatorium ſacrificium. Cõmunis enim ſenſus id docet omnes, quòd cùm quis rem ab alio peractam denuò agit, teſtatur eum illam nondum peregiſſe aut abſoluiſſe: Quod & epiſtola ad Hebræos *10.* cap. expoſuit.

Hanc calumniam clariſſimè refellit epiſtola ipſa ad Hebræos, atq; adeo in eo ipſo capite quod ad improbandam Miſſam adducitur. Scribitur enim in eo: Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Et rurſum cap. 7. Et alij quidem plures facti ſunt

sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur pmanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium semper viuens ad interpellandum pro nobis. Quæ sententia etiã in epistola ad Rom. ponitur: Christus (inquit) est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Rom. 8.

Ex his scripturarum testimoniis clarè docetur, Christum post peractum crucis sacrificium, adhuc offerre cœlesti patri interpellationes & preces, & fungi sacerdotio in cœlo, offerendo patri seipsum. Sicut igitur certissimum est, quòd interpellatio illa Christi ad patrem; & præsentatio suijpsius in cœlis, nequaquam derogat sacrificio illi cruento quod in cruce semel peractum est, nec docet prius illud sacrificium in cruce oblatũ, inefficax aut insufficiens fuisse ad saluandum electos: ita nec incruentum missæ sacrificium detrahit quicquam de virtute cruenti illius sacrificij, aut testatur inefficax illud fuisse ad saluandos electos: Sed hoc solùm, tam interpellatorium illud Christi in cœlo sacrificium, quàm sacrificium Ecclesiæ in missa testantur, potentissimum illud sacrificium crucis nondum in electis, qui adhuc peregrinantur, planè suum effectum consecutum esse, neque suos fructus in electis perfectè adhuc operatum esse. Quemadmodum ergo sacrificium

interpellatorium à Christo cælesti patri offertur, vt fructus & virtus illius potentissimi sacrificij deriuetur, communicetur, & applicetur fidelibus adhuc laborantibus in carnis corruptibilitate: ita incruentum missæ sacrificium, ab Ecclesia, quæ corpus Christi est, imò ab ipso corporis capite Christo per sacerdotem, Deo offertur, non quòd virtutis aliquid aut potentiæ deesse existimet Ecclesia, aut vt addat aliquid pretij pretio illi sufficientissimo, quod Christus pro redemptione suorum patri in cruce obtulit, sed vt commemoratiuo quodã & repræsentatiuo sacrificio gratam se & memorem testetur ingentis beneficij Christi, impetrétq; vt virtutis & operationis potentissimæ illius medicinæ in cruce paratæ particeps iugiter esse posit. Certissimum enim est, non ita Christum seipsum obtulisse in cruce, vt vellet fructum suæ passionis, oblationis & satisfactionis participari ab ijs, qui neque precibus illum obtinere connituntur, neque pœnitentia, ieiunijs & eleemosyna satisfactionis eius participes esse solicitè studuerint: Sed vt potentia & virtute sacrificij & satisfactionis suæ à peccati culpa pariter & reatu fideles liberari possent; qui ad consequendos fructus mortis eius sedulo studio & precibus idoneos se & aptos facerent.

Intelligendum est igitur, Missam Ecclesiæ

ſacrificium gratiarum actionis ſimul,& ſupplicationis, vt ex fonte illo vberrimo cruenti illius ſacrificij, ſalutaris gratiæ dona profluant fidelibus, & communicentur: Non autem eiuſmodi ſacrificium, quo cruento ſacrificio aliquid tanquam inſufficienti & impotenti addatur.

Quod autem ad doctrinam Pauli in cap. 10. epiſtolæ ad Hebræos attinet, conſiderandum eſt, quòd ſacrificia vetera ſeu Leuitica in ſanguine hircorum & taurorum ſita erant. Cuius ſanguinis virtute cùm impoßibile eſſet auferri peccata, rectè colligitur ineſſicacia primi ſacrificij ex eo, quòd ſuper illis ipſis peccatis, pro quibus primum oblatũ fuit, mandabatur poſtea idem ſacrificium iterari: non quidem ad tollendum peccatum, ſed magis ad commemorandum peccatum: cuius remiſſio aliunde quærenda erat. At verò cùm ſacrificium crucis ſanguinem cõtineat Chriſti, veri hominis & Dei, potentiſſimum fuit ad auferẽdum omnia peccata, & perficiẽdos credẽtes. Neq; opus fuit ad peccata, tollenda alio aliquo ſacrificio quo peccatorũ remiſſio iã ſemel parta, fiat. Quod ergo Apoſtolus ex aſſidua & indeſinenti repetitione ſacrificiorum veterum ineſſicatiã eorum colligit, dicens: alioquin ceſſaſſent offerri: eò quòd cultores ſemel mundati conſcientiam amplius

peccati non haberent, reſpicit in ſanguinem hircorum & taurorum, quorum virtute impoſsibile erat cultorem mundari. Quòd ſi verò oblationis ſanguinis hircorum & taurorum potentia, dignitate aut merito conſcientia mundari potuiſſet, certè ſecundum ſacrificium eiuſdem ſanguinis offerri deſiiſſet, & eius repetitio primæ oblationis inefficaciam teſtata fuiſſet. Ergo cùm per crucis ſacrificium facta ſit remiſsio peccatorum, non eſt opus aliquo alio ſacrificio quo eadem impetretur, alioqui prioris ſacrificij inſufficientia rectè cõuinceretur. Neque rurſus eſt opus, vt idem Chriſtus qui in cruce oblatus ſemel eſt, iterum, alio tamẽ ritu ſacrificandi, offeratur, ad eum videlicet effectum impetrandum, quem crucis ſacrificium ſemel operatum eſt: ſed vt remiſsionis illius quæ virtute & potẽtia ſacrificij crucis iam parata eſt omnibus credentibus, per diuinitus conſtituta media, ſeu organa quædam, applicetur. quod in baptiſmo fieri clariſsimè cõſtat. Inter hæc autem diuinitus inſtituta organa ſeu inſtrumenta participandæ remiſsionis peccatorum in cruce promeritæ & paratæ, cenſenda eſt vel in primis catholicæ Eccleſiæ Miſſa, & mortis Chriſti commemoratiuum ſacrificium.

Poſtremò quod in eadem epiſt. inculcat Paulus, vnica oblatione conſummatos in æternum

ſancti-

sanctificatos: & vbi est peccatorum remißio, iam non est amplius oblatio pro peccatis: non ita accipiendum esse constat, quasi iam omnes consecuti sint remißionem peccatorum: sed intelligẽdum est, vt docet Augustin. aut potius Prosper, cõtra articulos falsò impositos Augustino, de potẽtia, virtute, & magnitudine remedij & medicinæ paratæ, non autem de remissionis & salutis effectu. Docet enim Apostolus, quòd sacrificium illud, quo non sanguis hircorum aut vitulorũ oblatus est, sed sanguis Christi veri Dei & hominis, potens sit & efficax ad auferendum omnia peccata, tanquam potentissimum quoddam pharmacum, quod tamen non operetur salutem, nisi adhibitum sit ægrotanti: & vbi tale iam sacrificium est, valens omnia auferre peccata, ibi iam non requirendam esse amplius aliam oblationem, cuius virtute & potentia peccata aboleri possint.

Prosp er in respõsione ad pri. obiectionem Vincentianam.

Tertia probatio: Quidam papistici doctores contendunt, Christum satisfecisse tantùm pro peccato originali, & peccatis ante baptismũ commissis. At Missas satisfacere pro peccatis post baptismum admissis.

Confutatio: *Si qui sint qui ita senserunt, nos illorum doctrinam planè improbamus. Nec debet illorum priuata opinio catholico dogmati de Missa præ-*

ſa præiudicare. Quod verò illorum ſentētiæ ſubſcribat D. Thomas Aquinas, vt authores Confeſsionis huius impudenter affirmant, ex eius ſcriptis poteſt manifeſtè demōſtrari falſum eſſe. Scribit in 3. parte quæſt. 1. art. 4. in hunc modum: Certum eſt Chriſtum veniſſe in hunc mundum, non ſolùm ad delendum illud peccatum, quod traductum eſt originaliter in poſteros: ſed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ poſtmodū ſuperaddita ſunt. Quia ipſe exhibuit pretium quod ſufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. & quæſt. 49. eiuſdem 3. partis: Chriſtus (inquit) à peccatis nos liberauit cauſaliter, inſtituens ſcilicet cauſam noſtræ liberationis, ex qua poſsint quæcunque peccata quandocunque remitti, vel præterita, vel præſentia, vel futura. Et rurſus: Quia paſsio Chriſti eſt cauſa quædam vniuerſalis remiſsionis peccatorum, neceſſe eſt quòd ſingulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum: quod fit per baptiſmum & pœnitentiam, & alia ſacramenta, quæ habent virtutem ex paſsione Chriſti.

Poſtremò vt vltimam calumniam refutemus, id quoque diſertè profitemur, ſi quis ita de Chriſto ſentiat, quòd in rectæ vitæ exordio iuuat Chriſtianos, poſtea autē eos ſuæ induſtriæ, viribus,

bus, meritis & operibus relinquat: eum de Christi gratia non rectè sentire, & Christum magna parte sui officij spoliare, atque ad Pelagianos gratiæ Christi inimicos, eum reijciendum esse. Verū non ita sensisse D. Thomam Aquinatem, nemini, qui vnquam illius disputationes vel à limine salutauit, dubium esse potest.

Quarta probatio: Scripturæ testãtur, Christum jam vnicum esse nostrum sacerdotem, sacrosancto juramento à patre confirmatum, à quo sacerdotium ad neminem porrò transiret, nec vllum omnino haberet successorem. Non rectè igitur ei innumeri sacerdotes substituuntur.

Confutatio: *Probatio hæc desumpta est ex 7. cap. epist. ad Hebræos. in quo docetur, quòd sacerdotium Aaronicum translatum est in sacerdotium Christi, quod est sacerdotium secundùm ordinem Melchisedech: quódque, quia Christus Dei filius manet in æternum, sempiternum sit eius sacerdotium, nec requirat plures sacerdotes constitui: sicut in sacerdotio Aaronico plures necesse fuit esse sacerdotes, eo quòd eorum nullus maneret in æternum. Ex qua doctrina manifestè constat, non aliud insinuari ab Apostolo, quàm sub sacerdote sempiterno*

Christo

Chriſto nō futuros plures ſacerdotes, eius formæ ſcilicet cuius erant ſacerdotes Aaronici. In hoc enim ſacerdotio, demortuo priore, conſtitutus eſt ſucceſſor, qui ſacerdotio fungeretur, nō vice eius qui deceſſerat, ſed ſua propria authoritate illi à Deo conceſſa. At in Chriſti ſacerdotio, nullus Chriſto tanquàm demortuo ſuccedit, qui gerat ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech, authoritate diuinitus accepta: ſed qui ſub eo permanente in æternum, ſacerdotio funguntur, tāquam eius miniſtri ab eo conſtituti, ſacerdotio ſibi ab ipſo commiſſo funguntur. Sacerdotium aūt quod eis commiſſum eſt tanquam Chriſti miniſtris ſacrificium eſt Eucariſtiæ ſecundùm ordinē Melchiſedech in pane & vino. Eſſe autem aliquos eiuſmodi ſacerdotes à Chriſto conſtitutos, qui tanquam miniſtri eius offerant Deo ſacrificium in pane & vino ſecundùm ordinem Melchiſedech, ex Malachia cognoſcitur, & ex verbis Malac. 1.
Lucæ 22. *Chriſti: Hoc facite in mei cōmemorationem do-*
1. Cor. 11. *nec veniam.*

Quinta probatio: Miſſa horribiliter prophanat ſacram cœnam, dum ad ſe rapit totū illum ſacrum textum.

Confutatio: *Hanc calumniam ſatis confutatā putamus in confutatione primæ probationis: vbi clarè oſtenſum eſt, textum Apoſt. de cœnæ inſtitutione*

tutione non solùm ad communionem, sed etiam ad oblationem rectè referri.

Sexta probatio. Missa Christum, eius pasionem, meritum, beneficiaq; planè abolet, dum docent monachi & sacrifici: morientes nō in solum Christum omnem fiduciam suā cōijcere, sed tantùm in Missas respicere.

Confutatio: *Non hoc Missæ vitiū est, si quis imperitus aut stolidus non rectè Missæ fructū & vtilitatem doceat, sed hominis. Propter quod nō Missa est impietatis accusanda, sed hominis error corrigendus, & recta de Missa institutio cōmendanda & tradenda. Et quomodo, obsecro, Missa à Christo homines auocare potest, in qua Deo sacrificium gratiarum actionis pro Christi morte hominibus impensa offertur, & simul supplicatur, vt propter agnum illum immaculatum semel cruentè in cruce oblatum, & nunc incruētè & mysticè Deo patri repræsentatum beneficia à Deo postulata concedantur? Multò sanè magis verendum est, ne morientibus astantes sectarij, & fortiter fiduciam solam in Christum inclamātes, & si ea præstetur, omnia secura & tuta promittentes, homines infeliciter fallant & decipiant, ab operatione illos atque intuitu bonorum operum, alijsq; à Christo institutis salutis remedijs auocando. De Catholica ergo Missa, recta cōmendetur*

mendetur doctrina, non ipſa impietatis damnetur.

Septima probatio: Miſſa ſpoliat vera fide ac veris precibus omnes pios. Quia Chriſtus vt nos ad fidem precéſque inflammaret, iubet noſipſos rectà patrem adire: illum indubitanter nos exauditurum, quia nos amat. At Miſſarij docent miſeros homunciones, Miſſam quiduis à Deo obtinere.

Confutatio: *Quod improbi quidam ſacrifici imperitis hominibus perſuadere ſtuđet, per Miſſam, vita non correcta, nec precibus adhibitis, quiduis à Deo poſſe impetrari; id ſanè Miſſæ imputari non poteſt. Recta igitur inſtitutio de Miſſæ vſu reuocanda eſt & docenda, nō abolēda Miſſa tãquam impia, quæ ad preces & fidem in Deū maximè homines pios excitat & inflammat. Sicut enim ſacrificium crucis, per quod æterna ſalus parata eſt, non homines ſegniores facere rectè dicitur, aut à precum ſtudio auocare: ita nec illud per ſe facere Miſſæ ſacrificium, quod eſt illius ſacrificij recordatio quædam ac repræſentatio, ſine impietate dici poteſt.*

Et ſicut ſacrificium crucis multos, qui illud rectè non intelligunt, ipſorum vitio ſegniores facit ad preces aſſiduas, & vitæ puritatem aſſiduè colen-

colendam: ita etiam in Missa contingere potest, hominum vitio, non Missæ.

Quod autem additur, Christum iubere vt nos rectà patrem adeamus, illum indubitanter nos exauditurum, quia nos amat: aliter Christianos precatores instituit Dionysius ille Areopagita D. Pauli discipulus, scribens in hunc modum: Itaq, ait, sacræ scripturæ acquiescēs, vtiles esse in hac vita dixero sanctorum preces, hoc modo scilicet, si quis sanctorum munerum desiderio accensus, adeaq; percipienda piè affectus, paruitatis tamen propriæ conscius, quempiam sanctorum virorum adeat, oretq; sibi adiutorem & precatorem accedere. Capiet ex hoc vtilitatem commoda cūcta excedentem: fruetur enim ijs quæ petit sanctissimis donis, suscipiente in eo diuina clementia, atque in primis amplectente religiosam agnitionem sui. Hanc verò si quis spernat disciplinam sacrosanctam, atq; infelici elatione seductus dignum se arbitretur diuina familiaritate, sanctósque despiciat, hic certè imperita postulatione per seipsum nunquam potietur.

In vltimo cap. de eccle. Hiera.

Octaua probatio: Impia est Missa ob multiplicem idololatriam, quæ exercetur in adorāda illa hostia. Cùm Christus sacram Eucharistiam non adorari, sed tantùm sumi iusserit. Tum etiam quia ibi reuera nullum sit corpus

Chriſti,ſed tantùm panis purus,quia nouo opere contra ordinationem Chriſti excogitato,res acta eſt. Nec habent homines poteſtatem violãdi Dei ordinationem,corpus Chriſti ſuo impio murmure transferendi quò volunt.

Confutatio: *Quæ huc adferuntur de adoratione,ſuperius ſatis confutata ſunt. Quod autem dicitur,Euchariſtiam non confici à catholicis ſecundùm Chriſti ordinationem,& proinde purũ tantùm panem eſſe, qui adorari ſine manifeſta idololatria non poteſt,ſanè ſi contra ordinationẽ Chriſti,hominis tantùm excogitato opere, actio celebraretur,corpus Chriſti reuera non efficeretur realiter præſens. Verùm quòd catholici non obſeruent Chriſti ordinationem,id non aſſerendum modò erat,ſed etiam probandum. hoc ergo putum purum eſt mendacium, & ſancta diuina conſecrationis verba,impium murmur appellare,hoc eſt in Chriſtum blaſphemum eſſe: eoq; minus ferendum in huius Confeſsionis autoribus, quòd ſacris illis Chriſti verbis ſuper panem pronunciatis,teſtentur Chriſti corpus fieri præſens, cùm poſtea agunt contra errorem Sacramentariorum.*

Nona probatio: Miſſa reddit homines multipliciter ſecuros ac impœnitentes. Dum

enim audiunt tantam esse efficaciam Missæ, etiam erga carentes fide, ac omni bono, pioq; animi motu, non sunt prorsus de vera cordis pietate soliciti.

Confutatio. *Si qui doceant, Missam posse cuiquam fructum aliquem adferre sine fide & bono animi motu, aut ei qui de vita emendatione nihil est solicitus, eum graui reprehēsione dignū censemus. Verùm eam improbitatem non Missæ, sed hominis vitio adscribēdam, satis superius diximus. Ob quod non ipsa Missa tollenda, sed homo castigandus: rectáque institutio de Missæ vsu tradenda: quemadmodum & passim in catholicis Ecclesiis & scriptis docetur.*

Magis autem & honori suo consulerent authores huius Confessionis, & nobis rem inprimis gratam præstarent, si, quos ex nostris audacter affirmant hos aut illos de Missa, aliísue catholicæ doctrinæ articulis errores impios tradere, illos etiam nominarent, libróśque eorum, in quibus tale aliquid inuenire est, ingenuè explicarent. Nos enim eos vt plurimùm (id quòd hæreticis proprium & natiuum esse constat) falsa nobis meráque mendacia imponere arbitramur: tantumq; illud omnibus modis agere, vt nos apud rudem ac imperitum populum in inuidiam vocent, & nomen catholicorum odiosum reddant.

Decima probatio: Miſſam eſſe humanum figmentum teſtantur proprij catholicorum ſcriptores: Inter quos Gregorius, & Innocentius Papa, Durandus, Biel, & alij: qui accuratè recenſent, quiſnam homuncio quam particulam adinuenerit: vt liquidò teſtentur eſſe cẽtonem quendam ex multis conſarcinatũ, tanquam mendici pallium ex multis putribus pannis conſarcinatum. Quis verò ſanæ mentis audeat filium Dei omnipotenti illi patri offerre, ſine expreſſo Dei mandato?

Confutatio. *Ex maleuolentia magis quàm ex inſcitia hæc calumnia profecta videtur, dum Miſſam eſſe humanum inuentum ſcribunt, idq́; ex eo quòd Gregorius, Innocentius, & alij quidam, in Miſſæ canonem quaſdam partes contuliſſe leguntur. Haud enim ignorant authores Cõfeſsionis, Miſſæ ſubſtantiam in tribus conſiſtere, conſecratione, oblatione, & ſumptione ſacræ Eucharistiæ. Quæ tria à Christo in actione primæ cœnæ tradita, & non ab hominibus, Gregorio, aut Innocentio, vel quouis alio excogitata eſſe, ſatis ſuperq́; ſuperius oſtendimus.*

Miſſa quidnam ſit.

Quemadmodum autem religioſus ille rex & Propheta Dauid, pro ſuo erga cultum Dei ſtudio & affectu, adeóque ſine vllo Dei expreſſo

mandato,

mandato, constituit vt Psalmorum decantatio fieret, dum præscripta à Deo sacrificia offerrentur, ad eúmque modum, diuini sacrificij celebrationem decorauit & honestauit: Ita gubernatores Ecclesiæ per Spiritum sanctum preces quasdã, & lectiones propheticas & euangelicas, hymnos quosdam & psalmos, in sacrificij altaris celebratione recitari constituerũt, tum ad populi deuotionem excitandam, tum ad Dei magnifica opera laudanda. Id quod ipsis quoq; Apostolorum temporibus obseruatum & vsitatum fuisse, Dionysius Areopagita & Iustinus Martyr locis superius citatis liquidò attestantur. 1.Par. 23.

Certè Paulus ipse, nondum in Ecclesia Corinthiorum omnia circa celebrationem & commemorationem cœnæ Dominicæ plenè suo tempore ordinata fuisse testatur, cùm dicit de hac re loquens: Cætera cùm venero disponam. Vnde (inquit D. Augustinus) datur intelligi: quia multum erat, vt in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate variatur. 1.Cor. 11. Epist. 118. ad Ianuarium.

De sacri canonis suggillatione, in sequenti probatione dicendum erit.

Vndecima Probatio: Est ingens planè chaos impietatum in canone Romano, Inuo-

catio Sanctorum, purgatorium, quòd ſacrificus panem & vinum ante conſecrationẽ Deo offert pro peccatis totius mundi, quòd ſe mediatorem facit inter patrem cœleſtem & filiũ eius, cùm dicit ſe illius filium offerre, vt ſit illi propitius, quòd petit vt ſit filio ſuo perinde propitius, ſicut fuit propitius muneribus & ſacrificijs Abelis, Abrahami, & Melchiſedech.

Confutatio: *Impius has blaſphemias, & execrandas calumnias aduerſus ſacroſanctum Miſſæ canonem, & præſertim Romanum canonem, qui nihil aliud eſt quàm compendium quoddam prolixorum canonum Baſilij & Chryſoſtomi, primùm Lutherus ex impuro pectore exhalauit: quas diligenter & accuratè catholici ſcriptores confutauerunt. Quare in iſto breui ſcripto ſatis eſſe putamus, ſi in his partibus quæ impietatis notantur, oſtendamus ſanum, rectum, & catholicum ſenſum eſſe. Primùm igitur quod ad inuocationem Sanctorum attinet, quæ in canone impiè fieri dicitur, affirmat Auguſt. non inuocationem in eo Sanctorum fieri, ſed tãtùm commemorationem: Licet, inquit, nõn fabricemus martyribus noſtris templa ſicut Dijs, ſed memorias ſicut hominibus, quorum apud Deum ſpiritus viuunt: non etiam ibi erigimus altaria in quibus ipſis ſacrificemus, ſed vni Deo & ipſorum & noſtro ſacrificium*

Lib. 22. de ciuit. Dei cap. 0.

immolemus: nihilominus tamen eos ad sacrificiū illud, sicut homines Dei, qui mundum in eius confeßione vicerunt, suo loco & ordine commemoramus, nec ideo tamen à sacerdote qui sacrificat inuocantur, quippe qui non ipsis sacrificat, quamuis in memoriam sacrificet eorū, quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum verò sacrificium, corpus Christi est: quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi.

In quibus verbis, quòd dicit à sacerdote non inuocari martyres, hunc habet sensum: Sacerdotes in sacrificio offerendo nō dirigere sermonem ad Sanctos quasi Deos quosdam, ipsis aut sacrificando, aut ipsos tanquam Deos inuocando: sed tantùm eorum nomina commemorando. Sicut cùm dicit: Non fabricamus illis templa: intelligendum est, quòd non fabricamus ea illis tanquā Dijs, sed Ecclesias erigimus in ipsorum memoriam. Similem sententiam habet lib. 20. contra Faustum: Quamuis autem non inuocentur in canone vt Dij quidam, quibus offeratur sacrificiū: rectè tamen ante & post consecrationem & oblationem rogatur Deus, vt eorum meritis precibusq́; concedat, vt in omnibus protectionis eius muniamur auxilio. Ac de inuocatione sanctorū martyrum & Apostolorum, quòd legitima sit, in Ecclesia Christi dubitatio nulla est: nec pecu- Cap. 21.

liares argutiæ hic contra eam propositæ sunt, quæ requirant confutationem. Obseruet studiosus lector sententiam præclari illius Dionysij Areopagitæ, quam in confutatione septimæ probationis paulò antè citauimus.

Secundò: Quod autem pertinet ad memoriã defunctorum in Christo, satis fuerit vnum & alterum testimonium adferre, ex quo catholicæ totius Ecclesiæ sententiam, et non tantùm ipsorum authorum, intelligere licebit.

Homil. 3. in epistolam ad Philippe. *Chrysostomus ad populum Antiochenũ: Non temerè, inquit, ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs, defunctorum agatur cõmemoratio. Sciunt enim illis inde multum cõtingere lucrum, & multam vtilitatem.*

Cap. 1. *Et August. de cura pro mortuis: Non parua est quæ in hac vniuersæ Ecclesiæ consuetudine claret authoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo, ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Ecce habes vniuersæ Ecclesiæ de hac re testimonium. vnde & hæreseos notatus est Aërius ab Ecclesia* Aug. hæresi. 53. V de & Epiphanium. Hære. 75. Et Bers *Christi, quòd negaret orationem & oblationem faciendam pro defunctis. Neque hæc cõmendatio defunctorum derogat aliquid virtuti sanguinis Christi, quia tantùm supplicatio quædam pia est, vt ex vberrimo fonte illo omnis spiritalis*

fructus

fructus sacrificij crucis, per incruentam & commemoratiuam oblationem altaris, proueniat indulgentia defunctis spiritibus, nōdum ad plenum expurgatis. nard. serm. 66. in Cantica.

Quòd ad tertiam calumniā attinet, ante cōsecrationem purum panem & vinum offerri Deo pro peccatis totius mundi, calumniandi studio se prorsus detineri indicant scriptores isti. Satis enim intelligunt, dona terrena panis & vini offerri Deo, non consideratione naturæ seu substātiæ panis & vini: sed, quemadmodum docet sanctus martyr Irenæus, in mysterio, ad significationem ineffabilium beneficiorū Dei: videlicet, vt rerum istarum oblatione significemus & confiteamur Deum qui omnia creauit, & incessanter omnia operatur, qui dat escam omni carni, dat panē ad confirmandum cor hominis, dat vinum vt cor hominis lætificet, ita mundum dilexisse, vt vnigenitum filium, in quo omnia creauit, quique est panis Angelorum, propter nos miserit è cœlis in terram, vt incarnatus pro nobis, seipsum sub pane & vino cœlestibus verbis transmutatis in suum corpus & sanguinem, offerret. Gen. 1. Ioan. 5. Psal. 135. Act. 14. Ioan. 3.

Quemadmodum igitur vetera sacrificia ritè oblata Deo placuerunt, & pro peccatis oblata sunt, non consideratione carnalis sanguinis

hircorum aut vitulorum, ſed ratione ſanguinis Chriſti per ea figurati: ita hoc loco de panis & vini creatis ſignis dicendum eſſe, nemo vnquam, niſi in Dei Eccleſiam iniquus, dubitauit.

Quòd ad quartam calumniam ſpectat: Quòd ſacrificus mediatorem ſe inter Patrem cœleſtem & filium faciat, dum dicit ſe offerre vt ſit ſuo filio propitius, putidum hoc & inuerecundum mendacium eſſe euidentiſsimè cognoſcitur ex verbis ipſius canonis: Supra quæ, habet canon, vtpote panem ſanctum vitæ æternæ, & calicē ſalutis perpetuæ, propitio & ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta ea habere.

Vides in his verbis, non precari ſacerdotem, & totam in eo Eccleſiam, vt propitius ſit Deus propter ea munera filio ſuo, ſed vt ea pro nobis, atque in noſtram ſalutem accepta habere dignetur. Quòd ergo orat ſacerdos, vt ſuper illa munera propitio vultu reſpiciat, & accepta habeat, quomodo olim accepta habuit ſacrificia Abel, Abrahæ & Melchiſedech, quæ fuerunt huius ſacrificij figuræ: non eò pertinet, quaſi ſacerdos oret, vt Dei filius Deo acceptus ſit: ſed vt ſacerdotis actionem, qua offert agnum illum immaculatum myſticè ſub pane & vino, gratam & acceptam habere dignetur. Sic intelligit Baſilius, qui in ſuo canone ſic ſcribit: Reſpice ſuper nos Deus,

Deus, & super hanc nostram latriam, quam acceptare digneris: sicuti accepta habere dignatus es munera Abel & sacrificia Abrahæ.

Consideranda quoque hic est sententia Augustini: Hoc est, inquientis, sacrificium Christianorum. multi vnum corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia, vbi ei demonstratur, quòd in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur. Secundùm hāc doctrinam, potest oratio sacerdotis referri ad Christum oblatum, ratione Ecclesiæ, quæ tanquā corpus simul cum capite tota offertur. vt sit sensus: Hæc munera oblata, accepta sint tibi, ô pater cœlestis, quantum ad Ecclesiam quæ offertur. & solent in scripturis voces Christi ad totam Ecclesiam, tanquam ad integrum corpus referri: sic tamen, vt modò de capite solo, modò de corpore, quod est Ecclesia, sermo esse intelligatur. vnde est illa vox: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Longe à salute mea verba delictorum meorum.

Lib. 10. de ciuit. Dei cap. 6.

Psalm. 21

Sanè in istis verbis canonis, quæ tam atrociter lacerant impij, nihil offendiculi inesse putauit sanctissimus ille & doctissimus Ambrosius, qui in lib. quarto de sacramentis totam hanc pericopen cum veneratione commemorat: Sacerdos, inquit, dicit: Ergo memores eius gloriosissimæ pas-

cap. 4. 5. & 6.

mæ paßionis, & ab inferis reſurrectionis, offerimus tibi hanc immaculatam hoſtiam, rationabilem hoſtiam, incruentam hoſtiam, hunc panem ſanctum, & calicem vitæ æternæ: & petimus ac precamur, vt hanc oblationem ſuſcipias in ſublimi altari tuo per manus Angelorum tuorum, ſicut ſuſcipere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos Melchiſedech. Ex quo etiam agnoſcere licet Romani Canonis antiquitatem & authoritatem.

Hactenus de Cœna dominica, & Miſſa Catholicorum ſatis dictum eſt, pro ratione præſentis ſcripti & inſtituti: & ſolidiſsimis teſtimonijs demonſtratum eſt, Miſſam, in Eccleſia Catholica vſitatam, primùm à Chriſto Domino inſtitutam, & Apoſtolis commendatam, & ab ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia, ad hæc vſque tempora obſeruatam: actionemq́ue, & celebrationem eius, quæ hodie obſeruatur, prorſus conſentaneam eſſe actioni, quam deſcribunt vetuſtiſſimi illi ſcriptores & Apoſtolici viri, glorioſi Chriſti martyres, Dionyſius Areopagita, et Iuſtinus martyr, et Cyrillus ille Archiepiſcopus Hieroſolymitanus. Aduertant ergo pij Lectores, quanta contumelia in primis Chriſtũ ipſum et Apoſtolos eius, deinde et ſanctiſsimos il-

los

los Christi testes, atque vniuersum sanctorũ patrum cœtum afficiant, qui Missam mentiuntur esse Papæ inuentum, & hominum institutum: & spiritum sanctum in suis fidelibus membris & ministris loquentem obedienter audiant: Nouam oblationem Christum Apostolos suos docuisse. Item: Ecclesiam ab Apostolorum temporibus per episcoporum successiones certissimas vsq; ad nostra deinceps tempora perseuerare, & immolari Deo in corpore Christi sacrificium laudis, nõ secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedech.

Aug. li. 1. cõtra aduersariũ legis & prophetarum c. 20.

Caput XVII De Sacramentariorum errore.

QVAE *in hoc tractatu contra Sacramẽtarios differuntur, tum de præsentia vera & reali corporis Christi in sacrosancta eucharistia, tum de eucharistiæ celebratione siue cõsecratione, & distributione, authores Cõfessionis in Ecclesia catholica didicisse, & ab ea accepisse agnoscimus. Vtrumque enim constanter & perpetuò docuit Ecclesia catholica: in eucharistia corpus Christi esse realiter, substantialiter et verè præsens, & non tantùm spiritualiter secundùm fidem: Item verè realiter & substantialiter corpus Christi dispensari & sumi, & non tantũ per fidẽ spiritualiter: docuit et hoc semper,*

ritè non celebrari dominicum Sacramentum, niſi recitatio fiat verborum à Chriſto inſtitutorum, & ad ſymbola panis & vini præſentia, applicatio, denique ſymbolorum panis & vini per miniſtrum Chriſti conſecratio. Sed tamen in aliquot capitibus religionis, iiſq; primariis, in hoc tractatu à doctrina catholica Eccleſiæ aberratur, quæ ſuccinctè confutabimus.

Primùm rectiſſimè ſentiunt, dum omnibus modis aduerſus ſacramentarios quoſcunque contendunt, verba illa Chriſti: hoc eſt corpus meũ: propriè & ſine vllo tropo aut figura accipienda eſſe, vt intelligatur id quod Chriſtus diſcipulis diſpenſauit, atq; diſpenſandum aliis diſpoſuit, eſſe verè & proprio ſermone corpus Chriſti, quod ſermonis forma verè & propriè ſignificat. Verùm quod contendunt verbis illis ſignificari, quòd panis ſit corpus Chriſti, in eo ab Eccleſiæ catholicæ doctrina deficiunt ad damnatam olim Berengarii ſententiã, atque cũ naturarũ creatarũ conditione prorſus pugnãt. Non enim patitur rerũ & naturarum inſtituta proprietas, vt ille panis in manus aſſumptus ſit corpus, vero & minimè tropico ſermone: ſicut nõ patitur, vt panis ſit lapis aut lignum. Sunt enim panis & corpus ex inſtitutione ſua, naturæ diſparatæ, quæ de ſe inuicem prædicari proprio ſermone non poſſunt.

Tradit

Tradit alicubi eruditus ille Augustinus regulam: Sicubi scriptura diuina flagitiũ aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem, aut beneficentiã vetare, figuratam esse locutionem: nec in proprietate sermonis consistendum esse. Idem haud dubiè iudicãs: si quid prorsus absurdum, & naturis rerum institutarum prorsus repugnans legitur, quale est illud: panis est corpus Christi, aut panis est corpus hominis: illud quoque ad tropum referendum esse. Cùm igitur rerum conditarum distincta proprietas non patiatur, vt natura panis sit natura corporis humani: quisquis contendit his verbis: hoc est corpus meum: significari, hic panis est corpus meum, proprietatem sermonis nulla ratione retinere aut defendere potest: sed, nisi sit mentis parum sanæ, ad tropum confugere debet. De doctrina Christiana lib. 3.

Qui ergo contendunt, hac verba: hoc est corpus meum: perinde valere, atque panis est corpus meum: voce quidem proprietatẽ sermonis se tenere, dicere possunt, at certissima ratione conuincuntur, absurda contradictionis assertione à veritate proprij sermonis excidere.

Quod & ipsimet satis se agnoscere insinuant, dum toties hanc seruant loquendi formam, vt dicãt, sub pane esse corpus Christi. Si enim propria locutione sub pane est corpus Christi, nequaquam

quam propria locutione panis dici poteſt corpus Chriſti.

Sola igitur catholica doctrina veritatem proprij ſermonis ritè profitetur, ac verè tuetur, quæ docet in his verbis: hoc eſt corpus meum: propriiſsimè & veriſsimè ſignificari, quòd hoc quod Chriſtus diſpenſabat Apoſtolis ſuis, erat verum corpus, & ſanguis verus & realis & ſubſtantialis Chriſti, & non panis aut vinum. Accepit quidem Ieſus panem in manus, ſed benedictione & virtute verborum: hoc eſt corpus meum: non amplius manſit panis, ſed conuerſus eſt ac mutatus in corpus Chriſti: ſicq; factum eſt, vt proprijſsimè verum ſit, hoc quod iam vobis miniſtro, eſt corpus meum. quia iam hoc non eſt panis, ſed panis quem prius accepi in manus, eſt in corpus meum ineffabili verborum & benedictionis potentia conuerſus. quod patres veriſsimè & proprijſsimè dixerunt, quamuis nouo vocabulo, tranſſubſtantiationem.

Alterum eſt, quòd dum authores Confeſsionis conantur diluere Sacramentariorum phyſicam illam obiectionem contra præſentiam corporis Chriſti in cœna Dominica: Chriſtus aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram patris, idq; realiter, verè & ſubſtantialiter: fieri igitur non poteſt, vt ſit realiter, & verè, & ſubſtantialiter in

altaris

altari: inducunt nouã quandã explanationẽ confessionis fidei, qua vno ore omnes confitentur secundùm scripturarũ doctrinã, Christũ post resurrectionẽ ascendisse in cælos, & sedere ad dexteram patris. Ac in eo quidẽ rectè sentiũt, quòd sedere ad dexterã patris, dicũt nõ significare localẽ quendam situm, sed summã dignitatẽ & gloriã, quanta quidem potuit humana natura à Deo cõmunicari: quæ in eo posita est, quòd iudicaria & regia quædã potestas ei data est, qua nunc regnat super omnẽ creaturã. Sedere enim ad dexteram Paulus interpretatus est regnare, cum loco eius quod Dauid dixit: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: ipse dixit: Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos scabellum pedum suorum. Verùm cùm ascendere ad cælos, idẽ esse contendunt, quod sedere ad dexteram patris: & ascensionem ad cælos non esse localem quandam abitionẽ ex terris in istos materiales & aspectabiles cælos, neq; corporalem situm designari in eo quod dicitur, aut esse aut regnare in cælis: aduersantur scripturis, quæ corporalem ascensionem eius in cælum, & corporalem ac visibilem è cælis reditum, verbis minimè ambiguis aut obscuris describunt: Videntibus illis, inquit Lucas, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: cumq; intuerentur in cælũ euntem

Tractatur illud symboli ascẽdit ad coelos, sedet ad dexteram patris, & explanatur.

Psal. 109.

1. Cor. 15.

Act. 1.
Luce. 24.

euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos, qui & dixerunt: viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Ieſus, qui adſumptus eſt à vobis in cælũ, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Et rurſus: Factum eſt dũ benediceret eis, receſsit ab eis, & ferebatur in cælum, & ipſi adorantes regreſsi ſunt in Hieruſalem. Vbi ergo corporalis viſus, corporales oculi, corporalis benedictio, corporalis virorum ſermo, an ibi corporalis & viſibilis aſcenſio intelligenda non eſt?

Quòd autem non ſolum viſibilis & corporalis fuerit eius aſcenſio, & abitio, ſed etiam corporalis, & in certo loco ſit eius præſentia & exiſtentia, ſecundùm humanam naturam, nempe in cælo, id quoque teſtatur S. Stephanus, dum ſub mortem exclamat: Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dexteris virtutis Dei. & Chriſtus ipſe: Veruntamen, inquit, dico vobis: amodò
Math. 24 *videbitis filium hominis ſedentẽ à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus. Vnde Aug. quomodo ſit in cælo corpus Dominicum, curioſiſ-*
De fide et ſymbolo cap. 6. *ſimum & ſuperuacaneum eſt quærere: tantummodò in cælo eſſe credendum eſt. Et in epiſtola*
Ad Dardanũ epiſtola 57. *ad Dardanum, quæ de hoc argumento ferè tota conſcripta eſt: Noli, inquit, dubitare, ibi nunc eſſe hominem Chriſtum Ieſum, vnde venturus eſt,*

hoc

hoc est, in cælis: memoriterq́; recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quomodo resurrexit à mortuis: ascendit in cælum: sedet ad dexteram patris: nec aliunde, quàm inde venturus est: & sic venturus est, Angelica voce testante, quemadmodum abijt in cælũ, id est, in nostræ carnis forma atque substantia: cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit: secundùm hanc formam non est putandus vbique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem adstruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, vt quod in Deo est, ita sit vbique vt Deus: vna quidẽ persona Deus & homo est, & vtrumque est vnus Christus Iesus: vbique per id quod Deus est, in cælo autem per id quod homo est.

Sed audiamus rationes, quibus suam sentẽtiam confirmare conantur. Ascendere, inquiunt, in cælum, interpretãtur Dauid, Petrus, & Paulus, non significare quandam localem discessionem à nobis, sed propriè summam glorificationẽ. Nam Petrus ita loquitur: Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione spiritussancti accepta à Act. 2.
patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis: non enim Dauid ascendit in cælum. dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris Psal. 109.
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ

tuorũ. Certiſsimè ergo ſciat omnis domus Iſraël, quia & Dominũ eum & Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum.

Hîc clarè, *inquiũt*, audimus, aſcẽſionẽ Chriſti, eſſe illam exaltationem, qua pater eum potẽter à mortuis excitatum exaltauit, & ad dexteram ſuam collocauit: & quòd idem ſit aſcenſio in cœlum, quod exaltatio ad dexteram Dei: nempe ſumma quædã glorificatio. cuius maieſtatẽ quis enarrare vel poſsit, vel auſit?

Verùm debebãt animaduertere, quòd Petrus hoc tantùm dicat, Chriſtum per aſcenſionem in cœlum perueniſſe ad dexteram patris, & potentia Dei eſſe exaltatum: quod non ſignificat aſcẽſionem eſſe exaltationem ipſam, ſed exaltationẽ eſſe aſcenſionis terminum. ad hoc enim aſcendit in cœlum, vt ibi poteſtatem acciperet regni ſuper vniuerſam terram. Sic Paulus cùm dicit Cap. 1. *ad Ephe. Deus det vobis, vt agnoſcatis quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus ſecundùm operationem potentiæ virtutis eius, qua operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & collocans eum ad dexteram ſuã in cœleſtibus, ac ſupra omnẽ principatũ & poteſtatẽ, & virtutẽ, & dominationes, & omne nomen quod nominatur non ſolũ in hoc ſeculo, ſed*

lo sed etiam in futuro: nequaquam dicit, ascensionem Christi esse summam illam exaltationem, qua eum pater in altum sustulit super omnes angelos, & super omne nomē, omniaq́ sub pedes eius subiecit. Sed hoc tantùm dicit, quòd suscitauit Christum à mortuis, & suscitatum collocauit ad dexterā: ne verbū quidem de ascensione faciens. Rursus ad Ephesios 4. non aliud scribitur, quàm quòd ascendit super omnes cælos, vt expleat omnia: ascensionis quidem ibi fit mētio, sed non dicitur ascensio esse ipsa authoritas & potestas implendi omnia suis donis, ad quam exaltatus est: sed significatur terminus ipsius ascensionis esse potestatem implendi omnia.

Magis autem admirandum est, quòd tractātes Pauli sententiam ad Coloss. Si consurrexistis Cap. 3. *cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi est Christus ad dexteram Dei sedens: volunt cælū, ad quod Christus ascēdit, & vbi in dextera Dei sedet, esse spiritualequoddam cælū: & sicut dextera Dei est vbique, ita etiā illud spirituale cælum: aut sursum, non esse vnius alicuius loci, sed propriè spiritualis gloria.*

Hæc sane sententia Christianæ Confessionis veritati repugnat, qua confitentur Christiani: Christum in eum locum ascendisse, vnde venturus est ad iudicium. qui sanè certus est aliquis

locus & non ſpirituale quoddam cælum. Vbi & hoc aduertendũ eſt, quòd ſentiunt ſpirituale hoc cælum, hoc eſt, ſummam illam glorificationem Chriſti, quam ſecundùm formam humanã à patre accepit, efficere vt corpus Chriſti ſit vbique, ſicut dextera eſt vbique.

Quis, *inquiunt*, hoc tam glorioſum corpus legibus corporum humanorum cõprehendere poſsit, vel auſit? Et rurſus: Tota, *inquiunt*, ratio localitatis aut temporalitatis ad hanc propriè noſtram corporalem vitam, non ad ſpiritualem, in qua glorioſum Chriſti corpus regnat, pertinet.

Ac tandem apertis verbis dicunt, Chriſtum ſecundùm humanitatem in tantam gloriam ſublatum & ſubuectum eſſe, vt nullis legibus aut vinculis loci aut temporis, vel etiam vllius impoſsibilitatis adſtringi poſsit.

In quo non iam illud ſolùm male interpretãtur, Chriſtum aſcendiſſe in cælos: ſed etiam alterum Confeſsionis membrum: Sedet ad dexteram patris: ſicq́ commentitiam illam vbiquitatem corpori Chriſti glorioſo tribuunt. Quã ſen-
Epiſt. 57. *tentiam prolixè & ſolidè confutauit Auguſt. in epiſtola illa ad Dardanum, docens corporis, etiam quod immortalitate donatum eſt, naturalem eſſe proprietatẽ, vt conſtet partibus à ſe in-*

uicem

uicem distinctis, secundùm loci rationem & diuersitatẽ, & proinde corpus etiã immortale per suam naturam prohiberi, ne sit vbique, sicut diuinitas quæ incorporalis est, est vbique: non tamen interim negans, quin quòd per naturã fieri non potest, possit per authoris naturæ virtutem incomprehensibilem fieri. Corpori, inquit, Christi naturam immortalem dedit, naturam nõ abstulit. secundùm hanc formam non est putandus vbique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, vt veritatẽ corporis auferamus. Non est autem consequens, vt quod in Deo est, ita sit vbique vt Deus. Et rursus: Spatia locorũ tolle corporibus, nusquã erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt. Hæc August. Leo quoque in epistola illa quam Chalcedonensis & posteriores synodi reuerenter susceperũt, docet proprietates humanæ naturæ in Christo manere simul & diuinæ: humanæ autem naturæ proprietatẽ esse, quod cõprehẽdatur à loco: Diuinæ verò, nõ posse cõprehẽdi. Et ponens Augustinus differentiã inter qualitatẽ & quantitatem: Non, inquit, potest obtinere quantitas quod potuit qualitas. Nam ita distantibus partibus quæ simul esse nõ possunt, quoniam sua quæque spatia locorum tenẽt: minores minora, & maiores maiora, non potuit esse in singulis partibus tota vel

Leo epistol. 10 ad Flauianũ.

tanta. sed amplior est quantitas, in amplioribus partibus. Corpora igitur quælibet secundùm naturæ suæ conditionem & proprietatem, locus egēt à quibus contineantur, sicut qualitates subiecta requirūt, à quibus sustētentur. Quanquā tamen per Dei potentiā partium corporis extensio posit sine loco esse, sicut totū vniuersum seruat Deus sua incomprehensibili virtute sine loco aliquo.

Quòd autem asserunt sententiam illam Aug. Tolle spatia locorum, & corpora sustuleris: ad hāc tantùm vitam pertinere (nam sublationem spaciorum aut locorum in altera vita omnino futuram: siquidem, teste scriptura, cœlum & terra 2. Pet. 3. *transibunt, ac peribunt, & omnia elementa igne dissoluentur) non rectè sententiam Apostoli Petri accipiunt. Non enim Petrus sentit, substantias elementorum desituras & perimendas, sed elementa ab eis qualitatibus repurganda, quæ corruptibilibus corporibus nostris congruebant. Sic. August. exposuit Petri sententiam lib. 20. de* De ciuitate lib 20. cap. 17. *ciuitate Dei: Tunc, inquit, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præterit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuij. Illa itaq; conflagratione, elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardēdo penitus interibunt: atq; ipsa substantia qualitates*

eas habebit,quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione cõueniunt,vt scilicet mundus in melius innouatus,commodetur hominibus etiam carne in melius innouatis. Quem sensum Petrus ipse planè insinuat,dũ dicit: mũdũ aqua inundatũ perijsse,& qui tunc per aquã perijt,in aduentu Domini per ignẽ calore soluendũ. Et hanc intelligentiam cõprobat D.Paulus ad Rom. Vanitati,inquiẽs,creatura subiecta est,nõ volens,sed propter eũ qui subiecit eã in spe,quia & ipsa creatura liberabitur à corruptione in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. Itẽ Salomõ Eccles.1. Generatio præterit,generatio aduenit,terra autẽ in æternũ stat. Rom.8.

Hactenus de ascensione Christi in cælos,déque sessione eius ad dexteram: de quibus noua explicatio excogitata est ad dissoluendam physicam illam obiectionem Sacramentariorum contra præsentiã corporis Christi in Eucharistia, Christi corpus non posse simul in cælo & in Eucharistia esse. Respondent enim nouo cõmento hoc facilè fieri, quandoquidem Christi corpus iam glorificatum non sit localiter in cælo: sed liberum ab omni temporalitate & localitate præsens sit in altari, etiam si & alibi sit. Sed hac responsione tanquam commentitia reiecta, soli catholici physicam eã argutiã solidè refellũt. Nimirum quanquam id corporis naturæ repugnet,

corpus aliquod eſſe in pluribus locis, id tamen diuinæ omnipotentia non eſt impoßibile. Sicut diuinitatis Chriſti virtute infinita factum eſt, vt Chriſtus etiam ſecundùm corpus, ianuis clauſis ingrederetur ad diſcipulos, & ſine violatione integritatis virginitatis, ex vtero matris in lucē prodiret: Ita per diuinam potentiā fieri, vt corpus Chriſti, quod localiter eſt in cælo, ſit etiam verè & ſubſtantialiter in altari. nō quidē localiter, ſed ſacramētaliter, & modo quodā ineffabili.

Ioan.20.

Quòd ſi nouum hoc commentum de gloria tanta corporis immortalis Chriſti, vt ſit vbique diffuſum, ſicut diuinitas, accuratius excutiatur: cōperietur, non magis conuinci poſſe, quod dum panis, cui præſens eſt corpus Chriſti, ſumitur, corpus Chriſti ſumatur, quàm ſi ſumatur alius quilibet cibus, cui æquè atque pani, corpus Chriſti præſens eſt ſecundùm hoc cōmentum. Cùm enim per virtutem conſecrationis non efficiatur, vt præſens fiat pani corpus Chriſti, ſed ſicut vbique per ſuam gloriam, ita & pani præſens ſit per gloriam ſuæ immortalitatis: non eſt quòd magis in pane exiſtimetur contineri, vt pane ſumpto, dicatur ſumi corpus, quàm in alio quouis cibo aut potu. Nouum itaque cōmentum hoc cùm non efficiat corpus Chriſti præſens pani per virtutem conſecrationis, ſed pani ſemper præſens ſit corpus

pus ſicut alij cuilibet rei, rationem & ſubſtantiã cœnæ dominicæ aufert, & euertit: quæ in hoc vel imprimis conſiſtit, quòd virtute diuinæ benedictionis, diuinorumq; verborum conſecretur panis in corpus, atq; hac conſecratione corpus Chriſti, quod in cœlis ſubſtantialiter eſt & localiter, in altari quoque ineffabili modo eſſe incipiat.

Caput XVIII. De Abſolutione.

Abſolutionem negant eſſe ſacramentum, cũ careat omni externo, aut diuinitus inſtituto ſigno quod ſolet ineſſe ſacramento. At ſuperius ſatis oſtenſum eſt, tum ex ſacris Cõcilijs, tum ex patrum doctrina, & præſertim Auguſtini, pœnitentiam ſiue abſolutionẽ ſacerdotalẽ, adnumeratã ſemper fuiſſe inter Eccleſiæ ſacramenta: & rationem quoque ſacramenti propriè dicti hîc reperiri ex eo manifeſtum eſt, quòd ſuper confeſſione debita peccatorum, à pœnitente ſacerdoti facta, tanquam elemento, adhibetur verbum abſolutionis ſecundùm Chriſti inſtitutionem: qui Apoſtolis dedit poteſtatem remittẽdi & retinendi peccata, cum promiſſione gratiæ, donandæ illis qui digni & idonei reperirentur abſolutione. Quorum, inquit, remiſeritis pecca- Ioan. 20. *ta, remiſſa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt. Ex quo etiam intelligitur, quòd ſacramen-*

mentum iſtud abſolutionis, non in doctrina tantùm, aut ſimplici, euangelica, & recta inſtitutione conſiſtit, ſed in vera etiam peccatorum remiſsione & condonatione. Quoniam verò huius ſacramenti miniſtri ſacerdotes, neminem abſoluere, & nemini peccata remittere legitimè poſſunt, niſi qui eos acceſſerit, atque ab eis tanquàm Chriſti miniſtris peccatorum abſolutionem petierit: neceſſe eſt, vt coram eis ſe peccatores agnoſcant & profiteantur. Deinde etiam, vt peccata, quorum remiſsionem petunt (petere autem omnium remiſsionem debent, quorum ſibi conſcij ſunt, ſi veram & integram quærunt cum Deo reconciliationē) eis exponāt, & aperiant: ſiue ſint cogitationes & conſilia cordium, ſiue facta externa, vt ipſi tanquam iudices à Chriſto in peccatorum cauſis conſtituti, veram & legitimam ſententiam vel remiſsionis, vel retentionis ritè pronunciare poſsint. Super incognitis enim non niſi temerarium iudicium ferri poteſt. Sic ſua ætate docuit populū ſibi à Spiritu ſancto concreditum Cyprianus: Qui nullo, inquit, ſacrificij aut libelli facinore conſtricti ſunt, ſi tamen de hoc vel cogitauerint, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confiteantur. Sic Hieronymus in Comment. ſuper Matth. dicens ſacerdotem, cùm audierit

Cyprian. ſermo 5. de lapſis.

Hierony 16. c. Mat.

dierit peccatorum varietates, posse scire quis sit ligandus, quísue soluendus, & ita demum absoluere aut ligare debere: non autem pro suo arbitrio, more Pharisaico, posse quem libêret vel ligare vel absoluere. Sic quoq; Leo ille Magnus ad Theodorum Foroiuliensem Episcopum scribit in Epist. 91. *hæc verba: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solùm per Baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinā, spes vitæ reparetur æternæ: sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum, homo Christus Iesus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus satisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem salubri satisfactione purgatōs ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et in Epistola ad* Epist. 42. *Episcopos Campaniæ: Reatus conscientiarū sufficit solis sacerdotibus indicare cōfessione secreta. Sic Dionysius Areopagita in epist. ad Demophilum monachum. Sic deniq; Clemens, in epist. ad Iacobū fratrem Domini: Si fortè alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliud quoduis malū latenter irrepserit, non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbū Dei, & cōsilium salubre curetur.* Dionysi. Areopag. Clemens.

Ad hunc modũ de absolutione senserunt & scripserunt uniuersi, iã inde ab exordio Ecclesiæ, ecclesiastici patres. quibus prudentem quemque Christianum magis est æquum auscultare, quàm Luthero vel Caluino desertoribus ecclesiæ, docentibus pios debere frui hac spiritus libertate, quòd non sit necesse eos suas cogitationes, consilia, & facta sacerdoti enumerare: sed sufficiat coram eo se peccatores agnoscere & profiteri: & si quid habeant quod suam conscientiam inquietã & anxiam reddat, id eò solùm exponãt, vt erudiri & rectè institui posśint.

Ex his etiã ea calumnia confutata satis est, qua dicunt, confeßionem cũ enumeratione peccatorum ab Innocentio tertio introductam in Ecclesiam: & cum aliquando in Ecclesia Constantinopolitana vsitata esset, per Nectariũ sublatam esse. Constat enim primùm euidentißimè multò ante Innocentij tertij ætatem, vsitatam in ea fuisse, & per Innocentium 3. id solùm constitutum, vt quoque anno quisque confeßionem faceret semel, eo videlicet tempore, quo Eucharistiam sacram sumeret.

Nectarij historia de cõfessione secreta. In histor. tripart. li. 9. cap. 25.

Deinde quod ad Nectarium Constãtinopolitanum attinet, per quẽ dicunt sublatam esse confeßionem quæ fit sacerdoti, ex Socrate cognosci potest, quòd non confeßio ipsa quæ sacerdoti fit, sublata

sublata sit: sed tantùm certus quidam canon, qui propter hæresim Nouati, quæ paulò antea exorta erat, constitutus fuit. Quod vt intelligatur, animaduertendum est, quòd cùm Nouatus, ijs qui in persecutione Decij lapsi erant, & vel sacrificauerant, vel libellos dederant, etiam si pœnitentiæ dolorem grauem testarentur, & vitæ emendationem promitterent, absolutionem sacerdotalem impendi non posse doceret, & potestatem Ecclesiæ esse datã negaret, per quam possent lapsi reconciliari Deo, & in sola Dei potestate condonationẽ lapsis positam esse doceret: sacerdotes tanquam condemnantes Nouati duram sententiam, passim lapsos absoluebant ante actam consuetam pœnitentiam, sicut videre licet apud Cyprianum. Sermo. 5. de lapsis. *Quod cùm viderent sancti Episcopi id temporis Ecclesias gubernantes, canonem cõstituerunt, vt constitueretur certus presbyter, qui & lapsorum causas cognosceret, & neminem absolueret ante peractam legitimam pœnitentiam & satisfactionem: quo canone obseruato, & Nouati hæresis damnaretur, dum etiam grauiter lapsi ad absolutionem admitterentur, & disciplina Ecclesiæ custodiretur circa pœnitentes recipiendos. Hic canon cùm populo grauis esset & onerosus (cùm antea cuilibet sacerdoti confiteri liberum esset, & à quolibet absolui) occasione sce-*

leris

leris cuiuſdam admiſſi in Eccleſia Conſtantinopolitana, & tumultuatione quadam exorta aduerſus presbyteros, à Nectario ſublatus eſt, & permiſſus eſt quiſq; ſuæ priſtinæ libertati, vt cõfiteri poſſet cuilibet ſacerdoti. Non igitur confeſsio priuata, ſed ſeuerior quædã obſeruatio propter Nouati hæreſim inducta, per Nectarium ſublata eſt.

Hîc iterũ admonendus eſt lector, vt animaduertat, quàm bonæ fidei ſint hi prophetæ, qui hoc quoque loco doctrinam adferunt prorſus contrariam doctrinæ apologiæ Auguſtanæ: cùm tamen non ſemel profiteantur, ſe aſſentiri Confeſsioni & apologiæ Auguſtanæ.

Apologia Auguſta.

In capite enim de numero & vſu Sacramentorum ſcribitur in hunc modum.

Signa ſine mandato Dei inſtituta, nõ ſunt certa ſigna gratiæ, etiamſi fortaſſe rudes docent & admonent aliquid. Verè igitur ſunt ſacramenta: Baptiſmus, Cœna Domini, Abſolutio, quæ eſt ſacramentum pœnitentiæ. Nã hi ritus habent mandatum Dei, & promiſsionem gratiæ, quæ eſt propria noui teſtamenti. Certò enim debent ſtatuere corda, cùm baptizamur, cùm veſcimur corpore Domini, cùm abſoluimur, quòd verè ignoſcat nobis Deus propter Chriſtum.

Anne hæc confeßio prorſus contraria eſt doctrinæ hîc traditæ: Abſolutionem non eſſe propriè ſacramentum: idq; propterea, quòd in ea nõ eſt ſignum diuinitus inſtitutum cum promiſſione annexa? Nam in apologia diſertè affirmatur, & verè, hîc non deeſſe ritum aut ſignum diuinitus inſtitutum, nec promißionem gratiæ: ſicut iam oſtenſum ſatis eſt.

Caput XIX. De Cœlibatu & coniugio Sacerdotum.

Qvod hîc ſcribitur, dæmoniorum doctrinã eſſe improbare monaſticorum hominum cõiugia, manifeſtiſsimè cõfutant clariſsima diuinarum ſcripturarũ teſtimonia. Cũ votũ voueris Domino, non tardabis reddere. Et illud Pſalmi: Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Et illud Pauli ad Tim. Adoleſcentiores viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, volunt nubere, habẽtes dãnationẽ, quia primã fidẽ irritã fecerunt, hoc eſt, quia votum, quo ſe ad caſtitatem aſtrinxerãt, violauerunt. Vnde celebratur in Eccleſia illud Diui Auguſtini: Voto à virginibus vel viduis emiſſo, iam non ſolùm capeſſere nuptias, ſed etiamſi non nubatur, nubere velle dãnabile eſt. Et Epiphanius in hæreſi Apoſtolicorũ, & Montaniſtarum: Tradiderunt, inquit,

Deut. 23. Pſal. 75. 1. Tim. 5. De bono viduitatis ca 8 9. 10. Item lib. 1 de adulte. coniu. ca. 24. & in Pſal 75. ſuper illud: vouete, & reddite.

leris cuiuſdam admiſſi in Eccleſia Conſtantinopolitana, & tumultuatione quadam exorta aduerſus presbyteros, à Nectario ſublatus eſt, & permiſſus eſt quiſq; ſuæ priſtinæ libertati, vt cōfiteri poſſet cuilibet ſacerdoti. Non igitur confeſſio priuata, ſed ſeuerior quadā obſeruatio propter Nouati hæreſim inducta, per Nectarium ſublata eſt.

Hîc iterū admonendus eſt lector, vt animaduertat, quàm bonæ fidei ſint hi prophetæ, qui hoc quoque loco doctrinam adferunt prorſus contrariam doctrinæ apologiæ Auguſtanæ: cùm tamen non ſemel profiteantur, ſe aſſentiri Confeſſioni & apologiæ Auguſtanæ.

Apologia Auguſta. *In capite enim de numero & vſu Sacramentorum ſcribitur in hunc modum.*

Signa ſine mandato Dei inſtituta, nō ſunt certa ſigna gratiæ, etiamſi fortaſſe rudes docent & admonent aliquid. Verè igitur ſunt ſacramenta: Baptiſmus, Cœna Domini, Abſolutio, quæ eſt ſacramentum pœnitentiæ. Nā hi ritus habent mandatum Dei, & promiſsionem gratiæ, quæ eſt propria noui teſtamenti. Certò enim debent ſtatuere corda, cùm baptizamur, cùm veſcimur corpore Domini, cùm abſoluimur, quòd verè ignoſcat nobis Deus propter Chriſtum.

An ne

Anne hæc confeßio prorſus contraria eſt doctrinæ hîc traditæ: Abſolutionem non eſſe propriè ſacramentum: idq́; propterea, quòd in ea nō eſt ſignum diuinitus inſtitutum cum promiſſione annexa? Nam in apologia diſertè affirmatur, & verè, hîc non deeſſe ritum aut ſignum diuinitus inſtitutum, nec promißionem gratiæ: ſicut iam oſtenſum ſatis eſt.

Caput XIX. De Cœlibatu & coniugio Sacerdotum.

QVod hîc ſcribitur, dæmoniorum doctrinā eſſe improbare monaſticorum hominum cōiugia, manifeſtiſsimè cōfutant clariſsima diuinarum ſcripturarū teſtimonia. Cū votū voueris Domino, non tardabis reddere. Et illud Pſalmi: Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Et illud Pauli ad Tim. Adoleſcentiores viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, volunt nubere, habētes dānationē, quia primā fidē irritā fecerunt, hoc eſt, quia votum, quo ſe ad caſtitatem aſtrinxerāt, violauerunt. Vnde celebratur in Eccleſia illud Diui Auguſtini: Voto à virginibus vel viduis emiſſo, iam non ſolùm capeſſere nuptias, ſed etiamſi non nubatur, nubere velle dānabile eſt. Et Epiphanius in hæreſi Apoſtolicorū, & Montaniſtarum: Tradiderunt, inquit,

Deut. 23. Pſal. 75. 1. Tim. 5. De bono viduitatis ca 8 9. 10. Item lib. 1 de adulte. coniu. ca. 24. & in Pſal 75. ſuper illud: vouete, & reddite,

quit, ſancti Dei Apoſtoli peccatum eſſe, poſt decretam virginitatem, ad nuptias conuerti. Et ſcripſit Apoſtolus: Si nupſerit virgo, non peccauit. Quomodo igitur hoc cum illo concordat? Imo illam virginem dicit, quæ non eſt dicata Deo.

Hieronymus lib. 1. contra Iouinianũ. Ambro. & Chryſoſto. in 5 ad Tim. Baſilius in lib. de virginitate. Innocentius. 1. epiſt. 2. cap 13. Cano. 104

Sic Hieronymus: Virgines quæ poſt conſecrationẽ nupſerunt, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. Conſentiũt Ambroſius, Baſilius, Chryſoſtomus, & vniuerſi patres iam inde ab exordio Eccleſiæ, ſicut teſtatur Epiphanius. Non igitur ad dæmoniorum doctrinam referendum eſt, prohibere nuptias ijs qui ſe per votum dedicauerunt ſanctiori vitæ: ſed Spiritusſancti, qui per Apoſtolũ Paulum, & ſanctos patres loquutus eſt, & eccleſiam erudiuit, doctrina eſt. Et in concilio Carthaginen. 4. (cui interfuit Auguſtinus) ſic ſcribitur: Si quæ viduæ ſe deuouerunt Domino, poſtea verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundùm Apoſt. damnationem habebunt: quoniam fidem caſtitatis, quã Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt.

1. Tim. 5.

Apoſtoli verò ſententia illa ad Tim. Spiritus autem manifeſtè dicit, quòd in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, prohibentiũ nubere: eos notat, qui nuptias tanquam per ſe malas & illicitas damnabant.

Lib. 29. cap. 6.

Sicut docet Auguſt. contra Fauſtum. Nõ enim à ſeipſo

à seipso dissentire, secumq; pugnare potest Paulus: qui cùm dixisset ad dæmoniorum doctrinam pertinere prohibere nuptias, in sequenti cap. astruit, viduas quæ se Deo dedicauerunt, damnationem habere, si vel nubere vellent.

Quod autem ad sacerdotum coniugium attinet: quàm non bene consentiat coniugalis vita cum sacerdotio, id ex Apostolo Paulo intelligi potest, dicente: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotijs, hoc est, seculari vitæ, qualẽ esse vel imprimis coniugalem vitam, idem Apostolus testatur, dum scripsit ad Corinthios: Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu, ad tempus, vt vacetis orationi. Et rursus: Qui sine vxore est, solicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Vnde scripsit Augustinus: Nihil esse sentio, quod magis ex arce deijciat animum virilem, quàm blandimenta fœminarum, corporúmque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest.

2. Tim. 2.

1. Cor. 7.

Lib. 1. soliloquiorũ cap. 10

Et Hieronymus: Si laicis imperatur, vt propter orationem abstineant ab vxorũ coitu, quid de ipso sentiendum, qui quotidie pro suis, populiq;

Super 3. cap. ad Titum.

P peccatis

peccatis illibatas Deo oblaturus eſt hoſtias?

Cùm igitur per Spiritum ſanctũ edocta Chriſti Eccleſia, videret non ſatis congruere cum ſacerdotali miniſterio vitam coniugalem, conſtituit, vt qui ſacerdotio fungi vellent, cœlibatum amplecterentur: vt ſedulò & ſanctè officium ſuũ obire poſſent. quod ex ipſis Apoſtolorũ canonibus, qui in Eccleſia Chriſti ſemper non paruam authoritatẽ obtinuerunt, etiam conſtat. Sic enim habet canon 27. Innuptis qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant, ſed lectores, cantoreſq́ tantummodo.

Vide Epiphanium in hęreſi Catarorũ quæ eſt nume. 59.

In exordio quidem Eccleſiæ, ex ijs qui iã cõiugati erant Epiſcopi conſtituebãtur: quia rari erãt, qui Epiſcopi aut presbyteri munus ſuſcipere vellent. Sed ea quoque conſuetudo, aucto credentium numero, ſublata eſt: & non niſi virgines, aut qui à prius ducta vxore abſtinere, & cœlibes viuere proponerent, ad epiſcopatum aſſumpti ſunt. Verùm nunquã id in Eccleſia factitatum eſſe legitur, vt qui ſacerdos, presbyter, aut epiſcopus eſſet, poſt ſuſceptũ ſacrũ epiſcopatus aut presbyteratus gradum, vxorem duceret: adeò vt ipſe Paulus nõ permittat presbytero, qui ante ordinationẽ vxorem duxerat, ſi illa obierit, aliam ducere. Atque hoc quoque conſiderandum eſt, quòd ſacerdotes, dum ordinantur, profiteantur

Titum 1.

ſe velle ad inſtituta ſacrorum canonum viuere. Ex cauſa igitur rationabili, quæ ad diuinæ functionis honeſtatem & decorum admodum pertinet, ijs qui ſponte diuinā functionem amplecti volent, coniugium negare, & cœlibatum indicere, iure reprehendi non poteſt. Quòd autē dicunt ſcriptores hi: Concedi iam presbyteris connubiū, ipſi viderint, qua fide id dicāt: certè nondū id cōceſſum eſſe, affirmare non dubitamus.

Cap. XX. De Purgatorio.

PVrgatorium, cùm ob alias quaſdam, tum ob hanc potiſsimùm cauſam reijciendum docent: Primùm, quòd id tota Eccleſia, & omnes authenticæ ſcripturæ ante Chriſtum ignorauerint. Deinde quòd ignoret & nouum teſtamentum, & tota primitiua Eccleſia.

Quòd ad Eccleſiam & authenticas ſcripturas ante Chriſtum attinet, nobis certè, qui catholici ſumus, non deeſt authentica ſcriptura, quæ Eccleſiæ Chriſtum antecedentis de purgatorio ſententiam inſinuet. Ea eſt ſcriptura libri Machabæorum. De cuius authoritate ſic ſcribit D. Auguſt. Machabæorum libros, inquiens, etſi Iudæi non recipiant, Eccleſia tamē catholica pro canonicis habet. Vnde in ſecūdo lib. de doctrina Chriſtiana, recenſens indubitatū ſuo ſeculo canonē, Lib. 2. Machab. c. 12 Lib. 18 de ciuit. Dei. Cap. 36.

incunctanter eos cæteris ſuo ordine adnumerat.

In principio commentarij ad Galatas. *Quòd de hæreticis alicubi ſcribit D. Hieronymus: quod ſuis interpretationibus deprauare non poſſunt, & ad ſua inſtituta cõtorquere, illius authoritati quantum poſſunt detrahunt, id iſtis vſuuenire videmus. Cùm enim clariſsimè locus ille ſtatuat & approbet pias viuentium preces pro mortuis, vt nulli cauillationi calũnioſæ poſsit eſſe obnoxius, authoritatem librorum Machabæorum reijciunt. Sed nos cum vniuerſa Eccleſia catholica conſentire malumus, quàm cùm Eccleſiæ deſertoribus, Luthero, eiuſq́; ſectatoribus.*

In lib. de cura pro mortuis cap. 1. *Quòd autem attinet ad primitiuam Eccleſiã, iam ſuperius propoſuimus ſententiam Auguſtini, aſſerẽtis, quòd vniuerſæ Eccleſiæ catholicæ ea eſt conſuetudo, vt in precibus ſacerdotis quæ ad altare funduntur, locum ſuum habeat etiam commendatio mortuorum. Sanè vniuerſam Eccleſiam, primitiuam quoque Eccleſiam comprehendere, certiſsimum eſt. Non igitur, Auguſt. indice, verum eſt: Purgatorium ignotum fuiſſe primitiuæ Eccleſiæ. Et quid ſi per annos mille ducentos, imò trecentos cognitum, creditum, & prædicatum fuerit in Chriſti Eccleſia Purgatorium: an adhuc reijciendũ putabitur, cùm Chriſtus apertè teſtetur, ſe Eccleſiæ daturum Spiritũ* Ioan. 16.

ſanctum,

sanctum, qui doceat Ecclesiam omnem veritatem, permaneatq́ cum ea in consummationem mundi? An existimandum est, Christum passum esse, vt spiritus erroris occuparet suam sponsam per tot annorum spacium, donec exurgeret alter (si Dijs placet) Helias, Lutherus? Callido igitur consilio fucus struitur imperitis, quasi recens esset doctrina de purgatorio, veteriq́ Ecclesiæ ignota. quam constat adeò vsitatam, ac manifestã fuisse ante annos mille trecentos, vt Aërius hæreticus ab ea iudicatus sit, eò quòd improbaret orationem & oblationem quæ pro mortuis fiebant: vt testantur Epiphanius, & Augustinus. Et cùm in concilio Florentino doctrina de purgatorio diligenter excussa esset, Græci doctores, qui ad illud conuenerant, Latinorum sententiã palam amplexi sunt. At verò nec hoc quoq́ verũ est, quòd primitiuæ Ecclesiæ ignotum fuerit purgatorium. Scribit enim Dionysius Areopagita de ijs quæ circa defunctos fiunt: Accedit, inquit, deinde venerandus antistes, & precem sacram super mortuum peragit, precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumq́ in luce statuat, & in regione viuorũ, in sinubus Abrahæ, Isaac, & Iacob: in loco vnde aufugit dolor, & tristitia, & gemitus.

Epiphanius hære. 75. Aug. de hæresibus hære. 53.

Ecc. Hierar. cap. 7

Et paulò pòſt diſſoluit obiectionem, quæ aduerſus huiuſmodi orationẽ obÿci poſſet, ex ſcriptura: Referet vnuſquiſq; ea quæ per corpus geſſit, ſiue bonum ſiue malum: docens, quòd poſt mortem, huiuſmodi preces ÿs ſolùm prodeſſe poſſunt, qui digni ſunt, & in ſancta erga Deum charitate defuncti. Quòd ſi primitiuæ Eccleſiæ adnumerandus meritò eſt Tertullianus, item ſanctus Cyprianus martyr: ille quidẽ: Enimuerò, inquit, vxor pro anima mariti orat, & refrigerium interim poſtulat ei, & in prima reſurrectione cõſortiũ, & offert annuis diebus dormitionis eius. Hic verò: Victor, inquit, cum contra formam nuper in Concilio ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit actorem conſtituere, nõ eſt quò pro dormitione eius apud vos fiat oblatio aliqua, aut deprecatio nomine eius in Eccleſia frequentetur.

Quod attinet poſtremò ad nouum teſtamentum, cui etiam purgatorium ignotum fuiſſe dicunt, Catholici ſcriptores in ſuis de hoc articulo doctis & prolixis ſcriptis manifeſtè demonſtrãrunt ſcripturam: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, nõ remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Item: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si

cuius

2.Cor.5. — Tertul. in lib. de monogamia. — Cyprian. lib. 1. ep. 9 — Matt. 12.

cuius opus mãserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur. ipse autẽ saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem: cum alijs aliquot, ad statuendum purgatorium, secundùm probatiss. patrum interpretationem pertinere. Sed prolixiorem explicationẽ non permittit huius scripti ratio & institutum.

Quod autem calumniantur, doctrinam de purgatorio facere homines securos, vt non putent esse necesse, in hac vita integrè peccata sua expiari: manifestissimum est, per doctrinam purgatorij maximam solicitudinem inseri mentibus piorum, dum persuasum habent, quòd nisi in hac vita per diligens virtutum studium, & laboriosa pœnitẽtiæ opera, peccata integrè sint expiata, acerbissimis cruciatibus post hanc vitam in purgatorio loco expiari debeant, in ijs qui in charitate & pietate ex hac vita discedunt. Nam ijs qui in impietate hinc commigrant ad aliam vitam, in purgatorio nulla spes salutis promittitur. Similiter quod calumniãtur, horrendum in modũ sacrificium crucis prophanari, quasi illud nõ valeret ad plenũ peccata expiare, et ab omnibus peccati immũditijs abluere, prolixè & solidè superius cõfutatũ est, dũ demõstratũ est, quòd sacrificium Christi, potẽtissimũ & sufficientissimum ex se quidem est ad qualibet peccata expianda:

ſed tamen per illud nulla peccata expiari, niſi ad eorum expiationem applicetur. Eſt enim, autore Proſpero contra articulos falsò impoſitos Auguſtino, Chriſti ſacrificium, veluti pharmacum quoddam efficaciſsimum, quod poſsit omnes morbos curare: ſed tamen nullum morbum curat, niſi ſumatur. Applicatur autem paſsio Chriſti, quod ad pios defunctos quidem pertinet nondum plenè purgatos, tum per orationes, tum per eleemoſinas, tum etiam per oblationes quæ in Miſſa pro eis fiunt.

In reſpõ. cõtra obiectionẽ 1. Vincentianam.

Denique quod calumniantur, ex doctrina purgatorij profluere ac ſpargi innumera ſpectra, in ſpecie ſpirituum, varia opera pro ſe fieri flagitantium, vt è purgatorio liberentur: quid de apparitionibus ſpirituum defunctorum ſentiendum ſit, non eſt huius loci exactè diſcutere. Verùm hoc dicimus: Si hac in parte ab indoctis hominibus, & nimium credulis, aut etiam improbis erratur, eum errorem non conijci poſſe in doctrinam catholicam de purgatorio: & hominum temeritatem aut improbitatem eſſe per pios, doctos & vigilantes paſtores corrigendam: neque tamen omnem ſpirituum apparitionem, pro ſe viuorum ſuffragia flagitantium temerè damnãdam, & ad abominationes reijciendam.

Quòd verò orationes & oblationes viuorum pro-

prodesse poßint spiritibus in pietate defunctis, constantißimè asseuerat August.cùm alijs locis plurimis, tum verò in Enchiridio: in quo libello institutionem hominis Christiani scribit: Neq; Caput.110 *negandum est, inquit, defunctorum animas, pietate suorum viuentium reuelari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosinæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cùm viuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nõ requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hìc omne meritum comparatur, quo poßit post hanc vitã reuelari quispiam vel grauari: nemo autem se speret quod hìc neglexit, cùm obierit, apud Deũ promereri. Non igitur ista quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi,* 2.Cor.5. *vt referat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus geßit, siue bonum, siue malum: quia etiam hoc meritum sibi quisque cũ in corpore viueret, comparauit, vt ei possent ista prodesse. Nõ enim omnibus prosunt. & quare nõ omnibus prosunt, nisi*

niſi propter differētiam vitæ quam quiſque geſ- ſit in corpore? Cùm ergo ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro nō valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis, etiam ſi non ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſ ſunt, aut ad hoc proſunt vt ſit plena remiſsio: aut certè, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio. Sic
Epiſt.64. ad Aurel. *iterum alibi: Oblationes pro ſpiritibus dormientium, ipſos aliquid adiuuare credendum eſt. Si-*
Cap.1. *militer expreſſiſſimè homilia trigeſimaſecunda de verbis Apoſtoli, & in libro de cura pro mortuis.*

Hanc conſtantem Eccleſiæ catholicæ doctrinam pios viros ſuæ æternæ ſalutis ſtudioſos potius ſequi æquum eſt, quàm nouitiorum prophetarum iam olim damnatos errores.

Animaduertendum eſt & iſtud hoc loco, quàm probè conueniat magiſtris iſtis, qui ſe dicunt aſſentiri Confeſsioni Auguſtanæ & Apologiæ, cum ipſa Apologia. In ea enim in tractatu de Miſſa ſcribitur hunc in modum:

Scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam non prohibemus. Cùm igitur pro mortuis nihil à Deo ritè poſtulare poſſumus,

mus, si iam in æterna requie & pace constituti sint, manifestè constat eos, pro quibus orationes ritè fiunt, adhuc retineri in loco aliquo, donec plena peccatorum remißione obtenta, ad quietem æternam admittantur.

Cap. XXI. De Magistratu.

M*Agistratum sæcularem esse diuinitus ordinatum, & armatum gladio, vt sit honori bono operi, & terrori malo operi,* Roma. 13 *confitentur & catholici. Rursum distincta esse genera functionum, Magistratum secularem, ac gladium gerere, & ecclesiam Christi regere, ac claues ecclesiæ administrare: ac pertinere ecclesiæ gubernationem ad ministros Christi, episcopos ac sacerdotes, hoc est, ad potestatem ecclesiasticam: Politicam verò gubernationem, ad politicam potestatem principum secularium ac magistratuum, similiter confitentur. Verùm quod diuina ordinatione, diuinoq́ iure debeat omnis anima siue politicarum, siue ecclesiasticarum personarũ politico Magistratui in suo foro, hoc est, tam in realibus quàm personalibus actionibus subiecta esse, nõ tantũ propter pœnã, sed etiã propter conscientiam, id non rectè dici ex eo constat, quòd posteaquam (secundùm*

vati-

vaticinium Eſaiæ de Eccleſiæ propagatione: Aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt adferatur ad te fortitudo gentiũ, & reges eorum adducantur. Gens enim & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit. Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ) ſeculares principes per fidem in Chriſtum, Eccleſiæ inſiti ſunt, & membra, & oues Eccleſiæ eſſe cœperunt, quæ paſcendæ & gubernandæ eſſent à ſacro ſacerdotum & epiſcoporum ordine, probè intellexerunt magno in pretio habendos eiuſmodi Chriſti miniſtros, qui claues regni cœlorum à Chriſto accepiſſent, & poteſtatem longè ſublimiorem, quàm eſt eorum politica poteſtas, quæ temporalem potiſsimùm tranquillitatem & pacem procurare ipſis mandatum erat. Quanquam igitur ſacrarum illarum perſonarum animæ nõ eſſent continuò exemptæ ab obedientia eis præſtãda in realibus & perſonalibus negotijs, probè tamen perſpexerunt parum congruere, vt ſacerdotum ordo eorum tribunalibus ſubijceretur, quorum præſidio ipſi ad cœleſte regnum dirigerentur. Itáque (qua erat religione erga Deum, eiúſque ſacros miniſtros) viſum eſt eis naturali rationi congruere, vt ſacros ordines miniſtrãtium æternæ hominum ſaluti, à ſuis tribunalibus, & ab obedientia ſibi præſtanda liberos facerent, & ſacri

Capit 49 vide Cõfeſsionẽ Cõſtantini imperat. in Nicæna ſynod. li. 10 Eccleſ. hiſt. cap. 2 Itẽ Martiani imp. & hiſto. Theodoreti lib. 1. cap. 11.

tri ordinis præsidibus, episcopis & pontificibus subijcerent.

Hoc sanè constat, apud omnes etiam gentiles, quibus vlla religionis cura extitit, quamuis ad veræ religionis cognitionem non peruenerunt, velut naturali ratione magistra receptũ fuisse, vt sacerdotibus, specialiter deputatis sacris ministerijs, singularem decernerent ac deferrent honorem & reuerentiam, ciuilium onerum vacationem, & immunitatẽ & præterea annonam ex publico. Testatur hæc sacra historia Geneseos Genes. 47 *de Aegyptijs sacerdotibus, qui in illa septennij fame non sunt coacti, instar reliquorum Aegyptiorum, vendere suas terras & possessiones in seruitutem regiã, sed eis ex publicis horreis præbebantur cibaria. Item sacra histo. 1. Esdræ. Itaq;* 1. Esdræ 7 *partim naturali ratione, partim reuerentia erga sacerdotum sacrum ordinem adducti sunt religiosi principes, vt qui cœlestem illam functionẽ gererent, à ciuilium potestatum iudicio exempti illi soli subijcerentur, qui à Christo erat inter eos supremus Christi minister constitutus: qui canones & leges viuendi eis præscriberet, ac trãsgressoribus & inobedientibus etiam suas pœnas constitueret. Ac non modò personas eorum sed etiam possessiones ac res temporales magna immunitate & libertate donârũt. Neque rectè cõ-*

Rom.13. *tra hanc exemptionem obijcitur ſententia D. Pauli: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit. nō enim vult Apoſtolus docere, quòd qualibet anima, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue politica, debeat cuilibet poteſtati obedientiam præſtare: ſed quòd qualibet anima, tam eccleſiaſtica quàm politica, debeat obedientiam præſtare ei poteſtati, cui ſubiecta eſt, & quæ ſuper ipſam præeminet. Hoc enim docet Apoſtolus, quòd Euāgelij profeſsio non eximit ſubditum ab ea poteſtate cui ſubditus eſt, quaſi iam liber factus per Euāgelij profeſsionem non debeat neque ſeruus obedientian Domino, neq; ciuis magiſtratui, neque magiſtratus principi aut duci. vnāquamq; enim perſonarum poſt fidem ſuſceptā manere obſtrictā ad præſtādā obedientiā ei cui ſubdita eſt. Quādo igitur legitima aliqua ratione perſona aliqua libera facta eſt à ſubiectione erga ſuperiorem aliquam poteſtatē, manifeſtum eſt, eā nō amplius diuino iure obligari ad obediētiā ei præſtādā.*

Ex his ſatis manifeſtum eſt, ſacros presbyterorum, Epiſcoporum; ac aliorum Deo dicatorum ordines, non ſubducere ſe contra ius Euangelicum, & per tyrannidem ab obedientia Magiſtratus. quoniam ex rationabili cauſa, aut per principum erga ipſos religioſum affectum & beneuolentiam, aut per aliam quamlibet idoneā et legi-

legitimam causam libertate donati sunt. Vtrum autē summi pastoris ecclesiæ potestate, siue principum secularium beneuolentia & gratia ea libertate donari possint sacri ordines, non est huius temporis discutere. At quid de hac re cōstitutū sit in concil. Mileuit. cui & B. Augu. interfuit, videre licet in canone eius concil. 19. Placuit, inquiunt Patres, vt quicunque clericorum, ab imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur.

An huius quoque concilij eruditissimos & sanctissimos patres audebit aliquis sanæ mentis tyrannidis insimulare? Extat ea de re memorabilis Ambrosij sententia ad Valentinianum Imperatorem: Augustæ, inquit, memoriæ pater tuus Theodosius etiam legibus sanxit: In causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis iudicare eum debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si aliâs quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinãda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere. Et admodum memorabile est, quod de Constantino illo Magno scribit Ruffinus, eum sic allocutum Episcopos in Nicæna synodo: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo

Lib. 5. epistol. 32.

Lib. 10. histo. eccle. apud Euseb. cap. 2

nos

nos à vobis rectè iudicamur:vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari.Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium, & veſtra iurgia quæcunque ſint ad illud diuinum reſeruẽtur examẽ.Vos enim nobis à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos. Et ex ſcriptis Auguſt. manifeſtiſsimè conſtat, quòd cùm improbiſsimi Donatiſtæ libellum criminum Ceciliani Conſtantino detuliſſent, cauſam Epiſcopi cognoſcere recuſauerit, & ad epiſcopos relegauerit: Poſt quorum iudicium cũ cogeret improbitas Donatiſtarum, vt ipſe quoque cognoſceret de criminibus Ceciliano obiectis, neceſsitati paruit inuitus, &, vt inquit Auguſtinus, veniam poſtea ab Epiſcopis petiturus. Vide epiſt. 48. 162. 166. Vides optime lector, quòd iſti tyrannidem pontificiam calumniantur, hoc & religioſiſs. imperatoribus, & doctiſsimis atq; ſanctiſsimis Epiſcopis viſum eſſe debitum religioni officium.

Quod autem odioſè ſcribitur, pontifices & ſacrificos ſibi ſubieciſſe magiſtratus, quin & pontifices vtrumque gladium ſibi rapuiſſe: credimus ex Euangelicis literis ſatis conſtare, magiſtratus tanquã oues Eccleſiæ Chriſti, ſuo paſtori debere obedientiam, in his quæ pertinent ad gubernationem Eccleſiæ: Nec politicam authoritatem

Ecclesiarum ministri sibi vendicare possunt, nisi fortè iurisdictio tēporalis alicuius regni, aut ducatus, aut prouinciæ, aut ciuitatis, donata sit Ecclesiæ: sicut Apostolicæ sedi, ac multis Episcoporum sedibus, constat ditiones temporales donatas esse, quibus & politica iurisdictio, ac etiā gladij potestas annexæ sunt: aut nisi politica potestas à vera religione deficiens per Ecclesiæ summum præsidem mereatur iudicari & puniri.

Ad Pontificem verò Romanum qua ratione non tantùm gladius spiritualis, sed etiā materialis legitimè pertineat, discere licet ex diuo Bernardo in libris de consideratione ad Eugenium pontificem.

Aggredere (inquit) lupos, dracones, scorpiones, sed verbo, non ferro. Quid tu denuò vsurpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: Conuerte gladium tuum in vaginā. Tuus ergo & ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu euaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic: nō respondisset Dominus satis est, sed nimis est. Vterq; ergo Ecclesiæ; & spiritualis scilicet gladius, & materialis: sed is quidē pro Ecclesia, ille verò & ab Ecclesia exerendus est. Ille Lib. 4. de consideratione ad Eugenium. Ioan. 18.

Q sacer-

ſacerdotis, is militis manu: ſed ſanè ad nutum ſa‍cerdotis & iuſſum imperatoris.

Poſtremò Magiſtratus munus eſſe, vt non ſolùm eatenus cuſtodiat Decalogum, aut doctrinæ inſtitutionem, & Dei leges, quatenus illa vitæ communi ſunt vtiles, ſed etiam vt prohibeat, ne nomē Domini prophanetur blaſphemijs, vel idololatrijs, et vt aperiat portas regni ſui Chriſto, docēt ſacræ ſcripturæ. Verū ſoliciti aduigilare debent magiſtratus, vt doctrinā nō ſuſcipiant tuendam, niſi eam quam à Dei miniſtris, ſacerdotibus & epiſcopis cognouerint eſſe ſyncerам & catholicam. Neque portas regni ſui alijs prædicatoribus & verbi præconibus aperiant, quàm ijs qui ſynceram doctrinam, & à ſacerdotibus, legitimis doctrinæ iudicibus, approbatam adferunt: ne fortè pro rectà & chriſtiana doctrina, nouitiam aliquam & hæreticam per indiligentiam ſuſcipiant tuendam, ac ſacram religionē profanandam peſtilentibus magiſtris tradāt. Sic enim præcepit Deus: Labia ſacerdotis cuſtodiūt
Malach. 2. *ſcientiam, & ex ore eius requirent legem. An-*
Leuit. 10. *gelus enim Domini exercituum eſt. Et per Moyſem: Præceptum ſempiternum eſt, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum et prophanum, inter pollutum & mundum: doceatiſq; filios Iſraël omnia legitima mea. Qua de re inſigne exem-*

ne exemplum extat lib.9.cap.7.histor.tripart.& codice de sancta Trinit.& fide Catholica,titul.4 Cunctos populos, Imperatoris Theodosij: Cunctos populos,inquit,quos clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quã diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat: quámque pontificem Damasum sequi claret.

Quòd denique subijcitur:

Si enormiter suam functionem Ecclesiarum ministri negligant, eáue abutantur, rectè à magistratu eam functionem attingi, & Ecclesiam ab eo admoneri, vt synceros ministros constituat. *Si magistratus ad emendationem enormis negligentiæ hactenus se admiscet vt admoneat Ecclesiam, improbandum non est: verùm si ipse eam negligentiam emendare præsumat, sui muneris limites transcendit. ad eum enim demum pertinet destituere ministros non facientes officium, ad quos pertinet cõstituere. Cùm igitur ad magistratus functionem non pertineat aut vocare, aut ordinare ministros: consequitur ad ipsorum functionem non pertinere, ab officio remouere ministros factos negligentiores.*

Caput XXII. De Cæremonijs.

D*E cæremonijs & ritibus Eccleſiaſticis hæc doctrina in hoc capite traditur.*

Primum : eas non poſſe inſtitui niſi ſecundùm verbum Dei, ſcilicet expreſſum.

Secundum : eas non poſſe inſtitui vel ſeruari, niſi vt ſeruiant ordini, decoro, & imprimis ædificationi piorum, & gloriæ Dei : non autem cum opinione cultus Dei.

Tertium : non poſſe eas aut inſtitui, aut ſeruari cum opinione coactionis, aut obligationis ad eas ſeruandas ſub peccati mortalis, damnationiſque pœna.

Epiſtola 118 ad Ianuarium. *Primùm celebris illa D. Auguſtini ſententia hic obſeruanda eſt: Si quid, inquientis, per totū orbem frequentet Eccleſia, de hoc, quin ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſsima inſania eſt. Et, illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruātur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs (quorū eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata atque ſtatuta retineri.*

Quæ ſententia clarè docet, non eas tantùm cæremonias ſuſcipiendas, quæ ex verbo Dei deſumptæ ſunt: verùm etiam eas, quæ toto orbe Chriſtiano iam-

no iam inde ab exordio Ecclesiæ obseruatæ com-periuntur: quales sunt cæremoniæ, quæ in administratione sacri baptismi, semper & vbique, & ab ipso Ecclesiæ exordio adhiberi solēt in exorcismis & catechismis, atq; alijs quibusdã ritibus: quas tamē ex verbo dei expresso desumptas esse, ostendi non potest. De quarũ antiquitate et perpetuo vsu testantur apertissimè antiquissimi scriptores, Dionysius Areopagita in Ecclesiastica hierarchia, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, atque plerique alij tam Græci quàm Latini, adeò vt Celestinus primus, in epistola 2. cap. 12. confidenter scribat: Illud quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplemur intuitu. Cùm siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontē vitæ adeant, quàm exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigetur. Atque tantam eas cæremonias in Ecclesia authoritatem habuisse constat, vt ex earum vsu in Ecclesiis approbato, etiam fidei dogmata statuere & defendere patres non dubitauerint: sicut videre licet ex multis locis disputationũ D. Augustini contra Pelagium, in quibus probat, paruulos nasci in peccato originali, & verè in remissionem pec-

 cato-

Lib. 1. de peccatorũ meritis cap. 19. De gratia Christi capit. 40.

catorum baptizari, ex eo quòd in baptiſmo adhibetur exorcizatio: non igitur aut reÿcere, aut prætermittere licet quaſlibet cæremonias & ritus, quos ex verbo Dei deſumptos, expreſsè demonſtrari non poteſt, dummodo in toto terrarum orbe, ab Eccleſia Chriſti tam inde ab exordio receptos & vſitatos fuiſſe conſtet.

Nec ÿ quoque, qui in conſecratione & benedictione aquæ, & quarundam aliarum creaturarum ſolenni, & apud grauiſsimos patres probato ritu adhiberi conſueuerunt. Ex quibus hoc quoque conſtat, quòd antiquiſsimæ illæ cæremoniæ non fuerint inſtitutæ tantùm, vt ſeruirent vel ordini, vel decoro, vel ad piorum ædificationem ſiue exhortationẽ, ſed etiam ad quãdam ſanctificationem.

Quòd ſecundò dicunt:

Cæremonias, & ritus, ſiue traditiones Eccleſiaſticas non poſſe inſtitui cum opinione cultus, *hoc eſt, tanquam per eas colatur Deus, falſum eſſe facilè cognoſcit, qui conſiderat ad cultum Dei pertinere omne opus bonum, quod fit vt ſancta ſocietate Deo inhæreat homo. Cùm igitur pſalmi, hymni, & ſtatæ preces, ieiunia, & certorum ciborum tempore ieiuniorum obſeruatio, ac ſimiles ritus Eccleſiaſtici,*

opera

opera sint bona, & Deo accepta, quis dubitet, quin per ea Deus colatur, quando syncera erga Deum charitate exercentur? Ac de ieiunio disertè scriptum est apud Lucam, de sancta illa vidua Anna, quòd non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens Deo, die ac nocte. Et Christus ipse apud Matthæum disertè dicit: Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans; sed patri tuo qui est in absconso, & pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi.

Lucæ 2.

Matt. 6

Ac hymnorum quoque & diuinorum Psalmorum religiosam decantationem quis sanæ mẽtis affirmare audeat non pertinere ad cultum Dei, & non esse sacrificium laudis, Deo gratissimum? Impiam hanc cogitationem satis confutat religiosi Regis & Prophetæ Dauidis institutio.

Quòd postremò scribitur:

Cæremonias, aut traditiones, aut ritus institui non posse cum necessitate obligationis, *et hoc quoque falsissimum esse facilè cognosci potest,*

teſt, ſi, quod & ſuperius ſatis demonſtratum eſt, conſideretur, Eccleſiarum gubernatoribus, Apoſtolis, eorumq́ ſucceſſoribus datam eſſe à Chriſto poteſtatem ſalutares leges præſcribēdi, nō ſolùm ad tranquillitatem, & ordinis publici decorum: ſed etiam ad ædificationem fidelis populi, & Dei gloriā. Quas cōſtitutiones venerabilis ille Bernardus in docto illo libro de diſpēſatione & præcepto, adfirmat perinde habendas, atque ſi à Chriſto ipſo inſtituta eſſent: nihil enim referre, an per Chriſtum ipſum, an per eius vicarios aliquid ſalubriter mandetur. Et mandati ſalubris tranſgreſſionē, pro materiæ præceptæ qualitate, momēto, ac pondere, modò leuem, modò grauem eſſe: hoc eſt, modò veniale, modò mortale peccatum. Siue, inquit, Deus, ſiue homo vicarius Dei mādatum quodcunque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendū: vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Ac mox: Quicquid vice Dei præcipit homo quod nō ſit tamen certum diſplicere Deo haud ſecus omnino accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus. Quid enim intereſt, vtrum per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos, hominibus innoteſcat ſuum placitum Deus? Sicut igitur mādatis illis, quæ pro conſeruatione ordinis & decori præſcripſit Apoſtolus, præſtanda fuit ex neceſsi

cessitate obedientia: ita & alijs mãdatis in Ecclesia ad ædificationem salubriter institutis. Generalis enim est Domini sententia: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Manifestissimum quoque est, quòd salutarem illam constitutionem, qua ab Apostolis constitutũ est, vt non nisi à ieiunis sumatur Eucharistia, cum tamẽ Dominus Christus cœnatis illam dispensauerit, negligere aut contemnere, peccato, eóque graui contemptorem aut transgressorem faceret obnoxium. Lucæ. 10.

Caput XXIIII. de Antichristo.

CVM olim ante annos mille ducentos Christi Ecclesiã perturbaret hæreticus Nouatus, & Romanum Episcopum nõ agnosceret, scripsit insignis ille Christi Martyr Cyprianus ad Romanum Episcopum Cornelium in hũc modum: Non aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundùm magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, Lib. 1. epistola. 3.

gium, poft coepifcoporũ confenfum, iudicem fe iã non epifcopi, fed Dei faceret: nemo difsidio vnitatis Chrifti Ecclefiam fcinderet, nemo fibi placens & tumens feorfim foris nouam hærefim conderet. Vt autem intelligas de quo facerdote loquatur, audi quid inferius habeat: Nauigare audent, inquit, hæretici & ad Petri cathedram atq; Ecclefiam principalem, vnde vnitas facerdotalis exorta eft: à fchifmaticis & prophanis lit teras ferre, nec cogitare eos effe Romanos, quorum fides, Apoftolo prædicante, laudata eft, ad quos perfidia haberi non pofsit acceffum. Et rurfus in libro de vnitate Ecclefiæ: Loquitur Do-
Matt. 16. *minus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & fuper iftam petram ædificabo Ecclefiam meam, & portæ inferorum non vincent eã. Et tibi dabo claues regni cœlorũ, & quæ ligaueris fuper terrã, erũt ligata & in cœlis: & quæ folueris fuper terrã, erunt foluta & in cœlis. Super vnũ ædificat Ecclefiam, & illi pafcẽdas oues mandat. Et quamuis Apoftolis omnibus poft refurrectionem fuam parem poteftatẽ tribuat, et dicat: Sicut mifit me pater, & ego mitto vos.*
Ioan. 20. *Accipite fpiritum fanctum: Si cui remiferitis peccata, remitttentur illi: fi cui tenueritis, tenebuntur. tamen vt vnitatem manifeftaret, vnitatis eiufdem originem ab vno incipientem fua*

autho-

authoritate disposuit. Hoc erant vtique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris et potestatis: sed exordiũ ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia Christi vna monstretur. Et rursus: Christi aduersarius & Ecclesiæ eius inimicus, ob hoc Ecclesiæ præpositũ, sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Cypriano probè consentit Hieronymus vir eruditus & pius, quem adulationis insimulare, nemo sanæ mentis audeat: Cum successore, inquit, piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primùm nisi Christum sequẽs, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri, cõmunione cõsocior. Super illam petram, ædificatã Ecclesiã scio: quicunq; extra hanc domũ agnũ comederit profanus est: si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Nõ noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum: Quicunque tecum nõ colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Sic eruditus ille Christi confessor ad pontificem Romanum Damasum. Quid obsecro, scriberent sancti isti viri, si in nostra tempora incidissent? In quibus Romanus Episcopus adeò pro Christi vicario nõ agnoscitur, vt pro Antichristo habendus astruatur: & cathedra Petri non vnitatis ecclesiasticæ caput & origo,

Lib. 1. epistol. 3 ante mediũ.

In epistola quoniã vetusto ad Damasum.

origo, ſed tanquam fons potius & ſeminarium errorum & impietatum ſcurriliter traducitur.

Id autem quibus probationibus demonſtrare iactant noui iſti Prophetæ, hoc tractatu iam audiamus.

Antichriſtum, *inquiunt*, definit dilectus Chriſto Apoſtolus, eũ qui negat Ieſum eſſe Chriſtum, hoc eſt, qui Domino Ieſu adimit
1.Ioan.2. officium Meſsiæ, hoc eſt, Chriſti. Continet verò Meſsiæ officium in ſe, tum regnum, tũ ſacerdotium. *Atq; hactenus rectè. Sed quomodo Põtifex Romanus adimat Ieſu officiũ et ſacerdotij et regni, audire ſolicitè expectamus* Sacerdotium (*inquiunt*) conſiſtit in tribus: In docẽdo, in orando aut intercedendo, & denique in ſa
Matt.17. crificando. Porrò quòd ad officium docendi pertinet: Non patitur (*inquiunt*) Pontifex ſolum Chriſtum, ſicut pater de eo præcipiens clamat, audiri, quia ipſe cum ſuis pontificulis vult eſſe magiſter, habens poteſtatem condẽdi noua dogmata, atque adeò contra Apoſtolum & Euangeliſtam diſpẽſandi: ſicut fœdiſsima praxi in mutilatione ſacramenti cœnæ oſtendit.

Malitioſam & ſcurrilẽ calũniam in his verbis eſſe, manifeſtiſsimum eſſe poteſt ex eo quod ſuperius oſtenſum eſt, Chriſti vocem agnoſcendã eſſe

esse, non solùm in verbo quod spiritu eius inspirati prophetæ & Apostoli scripto ediderũt, sed etiam in eo quod per suum spiritum sine scripto docuit, quem vsque ad consummationem seculi adfuturum suæ Ecclesiæ promisit: cuius magisterio & directione ducatur semper in omnẽ veritatem. Vnde ipse Christus, summus sacerdos & magister disertè præcepit, vt fideles Ecclesiam audirent, eumq́; qui eam audire recusaret, pro ethnico & publicano haberent. Et Christi spiritu præditus Paulus disertè scribit, Ecclesiam esse domum Dei viui, columnam & firmamentũ veritatis. Atque hæc iam inde ab exordio Ecclesiæ Christi, est doctrina cathedræ Romanæ: Christi, dilecti æterni patris filij, vocem agnoscẽdam esse, non in literis solùm scriptis, sed etiam in doctrina quæ per spiritum sanctum sine scripto est Apostolis tradita, & per episcoporum, præsertim Romanæ Ecclesiæ, successionem propagata, & semper ac vbique obseruata & retenta, sicut satis superius in proprio loco demonstratum est. Quòd autem malitiosè cauillantur, Pontificem Romanum sibi vendicare potestatem condendi noua dogmata, eaq́; pugnantia cõtra Euangelistas & Apostolos, haud ignorant catholici scriptum esse à Paulo, potestatem ipsi datam à Christo in ædificationem, & non in destructionem:

Matt. 18.

1. Tim. 3.

2. Cor. 10.

nem:& non poſſe ipſos aliquid aduerſus veritatem ſed pro veritate. Itaque ingenuè confitētur catholici, non licere Romano pontifici, dogmata noua condere, dogmatib. Apoſtolicis cōtraria. Sed huiuſmodi dogmata praua & noua à cathedra Petri ad hæc tēpora ab exordio instituti à Chriſto pontificatus & cathedra Eccleſiaſtica, eſſe condita, id verò pernegant: inſtructe eos Chriſto, inferorum portas non prævalituras vnquam aduerſus Eccleſiam ſupra cathedram Romani pōtificis fundatam, & ſpiritum Chriſti permanſurum cum ea vſque in conſummationem ſeculorum. Scimus cathedræ Apoſtolicæ hoſtes, inſectatores atque etiam impios irriſores, de multiplicibus erroribus doctrinæ, & impietatibus, odiosè & ſcurriliter accuſare Apoſtolicā cathedrā apud imperitos: ſed hactenus demonſtrare nō potuerunt vllū dogma religionis ab Apoſt. cathedra Eccleſiæ traditum, quod non euidenter probari poſſit ab exordio Eccleſiæ in catholica Eccleſia creditum & obſeruatum fuiſſe. Quare meræ ac putidæ ſunt calumniæ, quæ ab hoſtibus Eccleſiæ ſcurriliter obijciūtur.

2.Cor. 13. Matth. 16 Matt. vlt.

At fœdiſsima praxis de mutilatione ſacramenti cœnæ dominicæ, per Pont. Ro. ī Eccleſiā cōtra Chriſti mādatum introducta eſt, *aiūt De mandato hoc Chriſti ſuprà proprio loco ſatis dictum*

dictum est,& demonstratũ,Christi nullũ extare mandatum de necessitate vtriusq; speciei. Vnde non absq; grauissima contumelia in spiritũ sanctum perpetuum Ecclesiæ gubernatorem asseri potest,praxim de communione cœnæ Dominicæ sub altera specie,fœditate aliqua contaminatam esse,quæ pro reuerẽtia erga diuinissimũ sacramẽtum per spiritum sanctũ Ecclesiæ suggesta est.

2. *Quòd pertinet ad officium intercessionis, quod dicunt per Pontificum Romanorum doctrinam ademptum esse IESV,dum officium intercessionis sanctis tribuũt, & illos faciunt nostros mediatores,perpetuò apud Deum pro nobis intercedentes:hanc quoque esse malitiosam calũniam,quis dubitet?cùm nulli ignotum esse possit, catholicã doctrinam non ea ratione facere Sanctos cum Deo regnãtes,intercessores & mediatores apud Deum,qua Christus est intercessor et vnicus mediator.ipse enim mediator est Dei et hominum,qui dedit semetipsum, & suũ sanguinem in redemptionis pretium sufficiẽtissimum pro omnibus:qua ratione nullus Sãctorũ mediatoris officium sibi vendicat: sed sicut, authore Paulo,dũ viuit homo in hoc corruptibili corpore,* Roma 15. *rectè & salubriter se cõmendat piorũ cõfratrum* Hebræ.13 *precibus,& intercessioni apud Deum, & ea in re nulla fit officio Christi iniuria: ita pius quis-*

que

que dum vitam agit mortalem & corruptibilẽ, ſolicitè ſe commendat Sanctis, quos ſcit iam Deo eſſe chariſsimos, acceptiſsimos, & gratiſsimos. Sed de hoc quoque articulo extant ſolidiſsima catholicorum ſcripta, quæ conſulere licebit: et ignota eſſe non poteſt diui Hieronymi celebris doctrina aduerſus Vigilantium, qui interceſsionem Sanctorum in cœlis pro viuis, & precationem viuorum, pro Sanctorum cum Deo viuentium interceſsione impiè irridebat.

3. Quod attinet ad ſacrificium Chriſti expiatorium, quod dicunt Ieſu adimi per doctrinam Pontificum, quæ docet ſacrificulos offerre ſacrificium pro viuis & mortuis, & peccata expiare. Hanc impudentem calumniam ſuprà ſatis prolixè confutauimus, dum demonſtrauimus, non pontificum inſtitutum eſſe, vt ſacerdotes Chriſti vice offerant corpus & ſanguinem Chriſti in Eccleſia, idq́; pro viuis & mortuis: ſed ipſius Chriſti.

Similiter quod nihil penſi habentes quid dicant, iterum ſcribunt, Thomam ſentire, Chriſtũ tantùm pro originali culpa & peccatis ante baptiſmum patratis ſatisfeciſſe: Sacerdotes verò Miſsis ſuis ſatisfacere pro quotidianis & perpetuis actualibus criminibus & offenſis: ſuprà oſtẽdimus, purum & putum eſſe commentum.

Hactenus

Hactenus mendacia de officio sacerdotij per pontifices, sacerdotio Iesu adempto, diximus: iam dicamus de officio Regis.

Adimit (*inquiunt*) pontifex Domino Iesu etiam officium Regis super Ecclesiam, dum ipse vult esse eius caput, Rex, & Dominus: habens plenitudinē potestatis in imperando, agēdo, & cōstituendo. *Pontificē Rom. legitimū B. Petri successorem à Christo institutum esse, nō quidē regē aut Dominū, sed pastorē vice Christi in Ecclesia, id sacra scriptura solidè & perspicuè demōstrat, dū scribit Christū dixisse Petro: Tu es Petrus, & super hāc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi nō prævalebunt aduersus eā: &* Matt. 16. *rursus: Tu Petre pasce oues meas. Et hāc potestatē & præfecturā in his verbis datā pōtifici Romano legitimo, nō modò vniuersi catholici patres iā īde ab Ecclesiæ exordio incūctanter testātur,* Ioan. 21. *tā Græci q̄ Latini: è quibus duos modò testes citauimus, Cyprianū et Hieronymū, sed etiā prima illa & œcumenica Cōcilia, quorū authoritas semꝑ sacrosancta habita est apud totā Christianorum scholā, Nicænū, Cōstātinopolitanū, Ephesinum, & Chalcedonēse. Ac cōfeßionē publicā Cōcilij illius primi & celeberrimi Nicæni, quæ à tribus sequētibus postea est approbata, sufficerit hic tribus verbis cōmemorare: Ecclesia Romana, inquiūt pa-* In præfatione cōcilij.

tres in Nycæna ſynodo, nullis ſynodicis decretis prælata eſt cæteris eccleſiis, ſed euangelica voce Domini et ſaluatoris noſtri primatum obtinuit, vbi dixit B. Petro Apoſtolo: Tu es Petrus. Habes cõfeſsionẽ trecẽtorũ et octodecim patrũ. quã quis ſana mẽtis dubitet maliciosiſsimus et planè ſcurrilibus cauillationib⁹ anteponere? Hãc autẽ eccleſia gubernandi formã ſub vno paſtore Chriſti vices in terris agẽte, præfigurauit Moſaica illa cathedra, ad quã ſummũ ſynagogæ iudiciũ pertinebat,
Deut. 17. *vt pulchrè oſtẽdit Cyp. Similiter hãc formã et œconomiam fuiſſe ad vnitatẽ & pacẽ cõſeruandã, & ad ſchiſmata tollẽda prorſus neceſſariã, idem Cyprianus, & Hieronymus copiosè declarant, quod ex ſentẽtijs eorũ citatus ſatis eſt manifeſtũ.*

Quòd denique odiosè adijciunt, Põtificẽ vendicare ſibi plenitudinem poteſtatis in improbãdo ac conſtituendo, cui nemo cõtradicere aut reſiſtere debeat, cuiq; oẽs pro libitu obedire debeant, quia ſit ei pro ratione voluntas, iterum reſpondemus: Catholicos Pontifici nullam poteſtatem tribuere, niſi quæ eſt ad ædificationem Eccleſiæ, & quæ pro veritate facit, non pro errore, & qua ſolicitè dirigat oues cõcreditas ad vitam æternam, non qua illis dominetur, aut regio more imperet: ſed & ſtatuat & præcipiat, quæ ad ædificationem, & charitatis lucrum ſunt cõducibilia.

tibilia. Quòd si aliqui per adulationem turpem et assentationem põtificibus plus aliquid tribuisse leguntur, quod ad ædificationem non conducebat, id catholici ingenuè improbant.

Ex hisce liquidò apparet, quàm futiles et scurriles sunt cauillationes, quibus Ecclesiasticæ pacis et vnitatis desertores iactãt se luculẽter & quasi palpabiliter patefecisse Antichristũ illũ summũ seductorẽ ac hostẽ filij Dei, et regni Ecclesiæ horrẽdũ et abominãdũ vastatorẽ, quẽ prædixit Christus sub finẽ seculi venturũ, esse Pontificẽ Rom.

Paucis iam expendamus, an non colores & proprietates, quibus depictus ab eis est nobis Antichristus, vt agnosci & deuitari pòssit, verius in ipsum Lutherum, vltimum, si dijs placet, Heliam, qui restituat omnia, competant.

Primùm, quòd Iesu Christo officiũ sacerdotij adimere conatus sit Lutherus, ex eo est manifestissimũ: quia in primis non patitur Christum, sicut pater de eo præcipiẽs clamauit, audiri: Quia vocem Christi non patitur audiri, nisi eam quæ scripta iam extat. Quicquid verò scriptũ nõ est, quamlibet id sit spiritus Christi magisterio traditum Ecclesiæ, id reijcit, & pro Christi voce habendum negat: atque etiam vocem Christi, quã in scripto extantem confitetur, praua & hæretica interpretatione deprauat, vocem Chri-

ſti de vero ſcripturarum ſenſu in Eccleſia ſonantem audire recuſans.

Poſtremò, verbum ſcriptum ſic ſuo ſuperbo ingenio ſubÿcit, vt ſi quid in eo videat, quod ad ſua dogmata accõmodare et detorquere non valeat, id cenſoria virgula reſecet & reÿciat tanquam ſpiritu Dei indignum. Quis non videt Lutherũ eam partem ſacerdotalis officÿ, quæ in docendo poſita eſt, vix dimidiatam Chriſto relinquere?

Deinde quod ad eam partem attinet, quæ in ſacrificãdo poſita eſt, an nõ luculenter & palpabiliter conſtat, Lutherum Chriſto hoc officÿ maxima ex parte ademiſſe? Primùm enim docet, Chriſtũ nõ ſacrificaſſe in pane & vino ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, ſed eũ dictũ eſſe ſacerdotẽ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech, tantùm ſecundũ dignitatem quandam, & excellentiam perſonæ, nõ autem ſecundùm certum ritum ſacrificandi in pane & vino. Deinde dum iuge ſacrificium illud, quo vice Chriſti & eius mãdato, corpus & ſanguinem eius per vniuerſum orbem catholica in Eccleſia offerũt cœleſti patri ſacerdotes ſub ſymbolis panis et vini, in commemorationem & recordationem cruenti illius ſacrificÿ, quod in cruce Chriſtus ſemel peregit, horrẽda impietate tollere conatus eſt, & abolere ex Eccleſia, horrendis mẽdacÿs et calumnÿs illud profanãs & pro-

ſcins

scindēs. De Antiocho illo illustri vaticinatus est Daniel, quòd prophanaret sāctuariū, & auferret iuge sacrificium, & poneret abominationem desolationis, & populum Israëliticum abstraheret à vera fide & cultu veri Dei. Hæc autem in typo Antichristi de Antiocho illo immanissimo rege scripta esse testantur explanatores Catholici. Primaria itaq; nota, qua descripsit Daniel Antichristū, ea est: profanare sanctuariū, & tollere iuge illud sacrificiū, & inducere in sanctuariū desolationē. Quā notā in Lutherū cōpetere luce clarius est, & cū summo animi dolore conspicere coguntur pij homines. Constat enim vbicunq; eius doctrina recepta est, ibi & sanctuariū Dei, siue tēpla dei cultui dedicata, fedissimè profanata esse, et iuge sacrificiū Eucharisticū, quo passionis & mortis Christi iugis memoria celebratur, sublatū esse. Dan. 11.

Postremò quod nec regni officium Christo integrum reliquerit Lutherus, ex eo constat luculenter, quòd formam ecclesiasticæ gubernationis, quam Christus sapientissimè pro pacis & vnitatis conseruatione perpetuam in Ecclesia instituit, euertit: confusionem quandam Babylonicam inducens, dum cuilibet Ecclesiæ supremū iudiciū tribuit. Nec vult pastoris alicuius totius Ecclesiæ præsidis cathedrā agnoscere: vnde hæreses, schismata, & vnitatis diuulsionem & distractionem

 oriri

oriri, grauiſsimè & veriſsimè ſcripſit Cyprianus. Ex his liquidò & palpabiliter apparet, nō Papam Romanum, ſed Lutherū ipſiſsimū eſſe Antichriſtum. Quandoquidem igitur diuinus ſpiritus iā olim in ſacris literis aduentum Antichriſti prædixit, & eum ſuis notis depinxit, admonens ſeuerè, vt omnes ab eo ſibi vigilanter caueāt, cū luculenter iam cernamus, eas notas vel in primis in Lutherum competere: ideo audiamus ſtudiosè & obedienter Dei mandatum, qui per prophetā iubet, vt fugiamus iſtā horrendā Babylonē & cōfuſionem quam Lutherus extruxit. Nec vlla ratione ſinamus nobis ꝑſuaderi, vt cum eo in religione conformemur. Sed doctiſsimi Hieronymi auream, & ſempiterna memoria dignā ſentētiā amplectamur, atq; eius exemplum perſeueranter ſectemur: Ego, inquientis ad papam Damaſum, nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, hoc eſt, cathedræ Petri communione ſocior. Super illā petrā ædificatā Eccleſiā ſcio. Quicunq; extra hāc domū agnū comederit, profanus eſt: Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnāte diluuio. Et rurſus: Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt. & rurſus: Breuē, apertamq; animi mei ſententiam proferā, in illa eſſe eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata vſq; ad diē hanc durat. Confitemur quidē omnes

Epiſtola incipit, Quoniā vetuſto.

oẽs vnã sanctã catholicã Ecclesiã: sed vnitatem ecclesiæ reuera eos solos tenere, disertè & grauiter adfirmat Cyprianus, qui intelligẽtes vnitatis originẽ à Christo in vno sacerdote, quẽ sua vice cõstituit iudicẽ ad tẽpus in ecclesia, institutã esse & dispositã, cum illo & non cũ alieno cõmunicãt. Et in epistola. 11. libri 3. ad Cornelium Papam de nonnullis schismaticis ad Ecclesiam conuersis scribens, docet, eos qui ab Ecclesia alienati & separati fuerant, non posse ab Ecclesia recipi, nisi ad communicationem cum Episcopo sanctissimæ Ecclesiæ Catholicæ, qui id temporis erat Cornelius, profiterentur se velle communicare. vnde redeuntium confessionem in hunc modum describit: Nos Cornelium Episcopũ sanctissimæ Ecclesiæ catholicæ, erectum à Deo omnipotẽte, & Christo Domino nostro scimus: nos errorem nostrum cõfitemur. Circumuenti sumus perfidiæ loquacitate factiosa amentes: videbamur quasi quandã cõmunicationem cũ schismatico homine habuisse, syncera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit, nec ignoramus vnum Deum esse, & vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum spiritum Sanctum, vnum episcopum in catholica Ecclesia esse debere. Quam sententiam comprobat etiam Leo ille maximus in epistola. 89.

In lib. de vnitate Ecclesiæ, vel de simplicitate prælatorum.

Sciat, inquiẽs, ſe exortem eſſe diuinorũ promiſſorũ, qui cũ cathedra Apoſtolica nõ cõmunicat.

HABES Chriſtiane lector breuem, apertámq; cõfutationẽ doctrinæ illius, quæ nuper in Antwerpiã per miniſtros quoſdam, qui ſe Cõfeſsioni Auguſtanæ aſſentiri profitẽtur, inuecta eſt. Cõſcripta autẽ eſt ea confutatio partim ex diuinæ legis authoritate, partim ex Eccleſiæ Catholicæ traditione. His enim duobus modis fidẽ ſuã debere munire catholicũ hominẽ, præclarè ſcripſit Vincẽtius Lirinẽſis in libro aduerſus profanas nouationes: Sepè, inquiẽs magno ſtudio, & ſumma attẽtione perquiſiui à quã plurimis ſanctitate et doctrina præſtãtibus viris, quonã modo poſsim certa quadã, & generali regula & via, catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falſitate diſcernere, & huiuſmodi reſpõſum retuli quòd ſiue ego, ſiue quis vellet exurgẽtiũ hæreticorũ fraudes deprehẽdere, laqueoſq; vitare, et in fide ſana ſanus atq; ĩteger permanere, duplici modo munire ſuã fidẽ, Domino adiuuãte, deberet. Primò ſcilicet diuinæ legis authoritate, tum deinde Eccleſiæ Catholicæ traditione. Eſt autem opus præter ſcripturarũ canonem, Eccleſiaſticæ intelligentiæ iungatur authoritas & traditio. Quia ſcripturam ſacrã pro ipſa ſui altitudine, nõ vno eodem ſenſu vniuerſi acci-

accipiunt: sed eiusdem eloquia aliter atq; aliter alius atq; alius interpretatur, vt penè quot homines sunt, tot illinc sentẽtiæ posse erui videantur. Atqui idcirco multũ necesse est, propter tãtos tã varij erroris anfractus, vt prophetica & apostolicæ interpretationis linea secundũ Ecclesiastici & catholici sensus normã dirigatur. Deinde cõtinẽter subijcit: In ipsa itẽ catholica ecclesia magnopere curandum est, vt id teneatur, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditũ est: hoc est etenim verè, propriéq; catholicum, quod ipsa vis nominis, ratioq; declarat. Sed hoc ita demũ fit, si sequamur vniuersitatẽ, antiquitatẽ, & cõsensionem. Sequemur aũt vniuersitatẽ hoc modo: Si hanc vnã fidẽ verã esse fateamur, quã totũ per orbẽ terrarũ cõfitetur Ecclesia: Antiquitatẽ verò, si ab ijs sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestũ est: Consensionem quoq; itidẽ, si in ipsa vetustate, oĩm, vel certè penè oĩm, sacerdotũ pariter & magistrorũ definitiones sentẽtiasq; sectemur. Quicquid igitur nõ vnus aut duo tantùm, sed oẽs pariter vno eodẽq; consensu, apertè, frequenter, perseueranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quisq; intelligat absque dubitatione credendum.

Hanc doctissimi scriptoris grauissimã & sapien-

pientiſsimā doctrinam & inſtitutionem ſecuti, ſtuduimus in hoc cōfutatorio ſcripto demōſtrare doctrinā, quæ ante exortas Lutheri aut Caluini hæreſes, in eccleſia catholica de primarijs religionis capitibus, de iuſtificatione, de bonis operibus, de Miſſa, et Miſſæ ſacrificio, de ſacramētis, de purgatorio, de ſacrificio corporis Chriſti pro defunctis, de votis monaſticis, ſacerdotū cælibatu, & plerisq; alijs quæſtionib. in hac cōfeſsione tractatis et exagitatis, ſemꝑ tradita eſt & obſeruata, ſcripturis canonicis tā Propheticis, quàm Apoſtolicis, ſecundū eccleſiaſtici et catholici ſenſus normā interpretatis, et catholicæ traditioni ac cōſenſui prorſus cōſentaneā eſſe. Nouā verò doctrinā, quæ per Lutherū et Caluinū poſtea inducta eſt, cūſcripturis Propheticis & Apoſtolicis ſecundū earū ſanum ſenſum, et cum conſenſu publico vniuerſæ eccleſiæ pugnare. Quæ cùm ita ſint, debet quiſquis pro catholico cēſeri vult, generali et catholico eccleſiæ cōſenſui adhærere, & omnē nouationē illi cōtrariā fugere & deteſtari, atq; in fide catholica Eccleſiæ ſtabilis ac fixus permanere: admonēte Apoſtolo: Tu verò permane in his
2.Tim.3. *quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciēs à quo di-*
2.Theſ. 2. *diceris. Et rurſus: Itaq; fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolā noſtrā. Et rurſus: Vigilate, & ſtate*

in

in fide, viriliter agite, & cōfortamini. Rursus: Rom. 16.
Rogo autē vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciūt, et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro nō seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducūt corda innocentiū. Deniq; quod Apostolica authoritate denunciat Apostolus: Si Galat. 1.
quis euāgelizauerit vobis præter id quod euāgelizatum est, aut præter id quod accepistis, anathema sit: eruditissimus ille scriptor Vincentius Lirinensis interpretatur, dictum esse cōtra eos, qui semel traditam fidem mutare tentant.

Quisquis ille est, inquit, etiam si Angelus de cælo sit, qui traditam semel fidem mutare tentauerit, anathema sit. Contentus ergo esse debet germanus quisque Ecclesiæ filius tradita semel & recepta antiqua credendi regula, nec nouam aliquam quærere, admittere, aut suscipere: sed cùm noua introduci cœperit, eam tanquam pestem continuò fugere, ac fidē adhibere Apostolo scri- 2. Tim. 2.
benti ad Timotheum, quòd sermo hæreticorum profanorum veluti cancer serpit.

Et rectè admonet Vincentius Lirinensis, vt quicquid ab aliquo præter omnes, & contra omnes sanctos, nouum & inauditum subinduci senserit Catholicus, id non ad religionem, sed ad

tentationẽ potius intelligat pertinere, beati Apoſtoli eruditus eloquijs. Hoc eſt enim quod in priore ad Corinth. ſcribit: Oportet, inquit, hæreſes eſſe, vt probati, manifeſti fiant in vobis. ac ſi diceret: Ob hoc hæreſeôn non ſtatim diuinitus eradicantur authores, vt probati manifeſti fiãt: id eſt, vnuſquiſque quàm tenax, & fidelis, & fixus catholicæ fidei ſit amator, appareat. Et reuera cùm quæque nouitas ebullit, ſtatim cernitur frumentorum grauitas, et leuitas palearum. Tunc ſine magno molimine excutitur ab area, quod nullo pondere intra aream tenebatur. Nãque alij ilicò prorſus auolant, alij verò tantummodo excuſsi, & perire metuunt, & redire erubeſcunt, ſaucij, ſemineces, ac ſemiuiui: quippe qui tantam veneni hauſerint quãtitatem, quæ nec occidat, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere ſinat. Heu miſeranda conditio, quantis illi curarum æſtibus, quantis turbinibus exagitãtur! Quæ quidem dubij cordis adflictio, diuinæ erga ſe miſerationis eſt medicina, ſi ſapiant. Idcirco enim extra tutiſsimum catholicæ fidei portum diuerſis cogitationum quatiuntur, verberãtur, ac penè necantur procellis, vt excuſſa in altum elata mentis vela deponant, quæ malè nouitatũ ventis expanderant, ſeſeq́; intra fidiſsimam ſtationem placidæ ac bonæ matris reducant, & te-

ne-

neatur. Admonuit hoc olim & sanctus propheta Moyses: Si surrexerit, inquit, in medio tui propheta, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, hoc est, inquit Lirinensis, errores extraneos, quos ignorabas, id est, nouos et inauditos, et credamus eis, sequamurq́ eos: non audias verba prophetæ illius, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima vestra.

Neque pium ac prudentem catholicum commouere debet, quòd scribūt & iactant noui Prophetæ et Pseudoapostoli, mero pietatis studio sua doctrinæ cōfessionē in his regionibus proponere, & in primis in vrbe Antwerpia, celeberrimo totius ferè Europæ emporio: quodq́ Iesum Christū seruatorē ac Regē totius mūdi synceré agnoscere, & colere ex animo cupiant, quòd denique tanquam synceri Iesu Christi ministri, lucem euangelij Christi vbique accendere studeāt, & horrendas atq́ AEgyptiacas Romani Baalis tenebras discutere: nam eiusmodi præstigiæ Pseudoprophetarum, catholicæ Christi Ecclesiæ incognitæ non sunt, & iam olim per celeberrimum illum Ecclesiæ doctorem & martyrē Christi, diuum Cyprianū grauissimè cōfutatæ sunt ex Apostoli Pauli doctrina: Vidēs, inquit, diabolus idola

des

Tractat. 3 de ſimpl. Præl. vel de vnitate Eccleſ. *derelicta, & per nimium credentiũ populũ ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauit nouam fraudẽ, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hæreſes inuenit & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatẽ corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circumſcribit & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atq; euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius & lege nõ ſtãtes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulãtes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atque fallẽte, qui ſecundùm Apoſtoli vocẽ,*
2. Cor. 11. *transfigurat ſe velut Angelũ lucis, & miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerẽtes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt dũ veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur.*

Et ſolicitè admonuit ſuum Timotheũ Paulus:
1. Tim. 6. *O Timothee, inquiens, depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. Quam ſenteniam tractans Lirinenſis: Verè falſum eſt, inquit, apud*

doctri-

doctrinas hæreticorum, nomen scientiæ: vbi ignorantia scientiæ, & caligo serenitatis, & tenebræ luminis appellatione fucantur.

Hæc cùm ita sint, nos qui in Ecclesiæ catholicæ gremio cõstituti, veræ veræ doctrinæ luce fruimur, libẽter gratulationẽ, qua, specie quadã pietatis, nouitij magistri gratulãtur nostris regionibus, quòd per ipsorũ ministerium Christus lucẽ sui Euãgelij in eis accẽdere cœperit, atque ex nostrarũ quoq; nationũ hominibus Ecclesiam ac regnũ Dei colligere, libẽter remittimus, & ardẽtibus votis ex syncera et vera pietate Deũ et patrẽ Domini nostri Iesu Christi, in nomine eiusdẽ filij sui Iesu Christi oramus, vt pectora suorũ fideliũ, & in nostris ditionibus, ac in toto orbe terrarũ suo Sãcto spiritu ita regat, gubernet, & flectat, vt hos Doctores solicitè fugiãt: neq; vlla suauiloquentia aut astutia sibi persuaderi sinãt, vt eorũ nomina et mendacẽ doctrinã amplectãtur: sed cõstãter permaneant in ea doctrina, quæ semel in Ecclesia catholica eis tradita est, & ab omnibus semel recepta. Deniq; etiã hoc ardentibus votis oramus eundẽ Deũ, & patrẽ Domini nostri Iesu Christi, vt qui pro veritate falsitatẽ, pro luce tenebras, relicta veritatis magistra, catholica Ecclesia, decepti sectantur, quam & alijs obtrudere adnituntur, ad fidißimam

statio-

stationem placidæ ac bonæ matris, Spiritussancti luce & magisterio edocti, reducantur, præstante hoc ex immensa bonitate, & inenarrabili misericordia sua æterno Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto. AMEN.

Sententia Vincentij Lirinensis, sempiterna memoria digna.

ILLE est verus & germanus catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit: nō nominis cuiusquam authoritatē, non amorem, non ingenium, nō eloquentiam, non philosophiam: sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus & stabilis permanens, quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiā catholicam tenuisse cognouerit, id solùm sibi tenēdum, credendumq́; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes, vel contra omnes sanctos, nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potius intelligat pertinere, beati Pauli Apostoli eloquijs eruditus: Oportet & hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis.

FINIS.

ORATIO IN SCHOLIS

Theologicis ab eodem authore habita, in qua confutat inanes cauillationes quorundam, & nominatim Caroli Molinæi, aduersus authoritatem sacrosancti Concilij Tridentini.

QVoties in Christi Ecclesia dissensiones & scandala exorta sunt, quæ vniuersam Christianam rempublicam perturbarẽt, quæq́ in particularibus episcoporum & sacerdotum conuentibus sopiri & tolli non possent, sapienter maiores nostri ad cõcilij vniuersalis authoritatem, tanquam ad vnicum azylum, & sacram fluctuantis nauiculæ Petri anchoram, confugere sunt soliti. Sic statim post ascensum Christi in cœlum cùm Antiochiæ orta esset quæstio de lege Moysi cum euangelio miscenda, & gentibus indicenda, Paulus & Barnabas ascenderunt Hierosolymam ad Apostolos & presbyteros, qui post multam conquisitionem, definierunt onus legis Mosaicæ, gentibus non esse imponendum. Similiter & post Apostolorum tempora contra Arrium, Concilium Nicænum: contra Macedonium, Constantinopolitanum: contra Nestorium,

August. vlt. cap. lib. 4. cõtra duas epistolas Pelagianorum.

Acto. 15.

storium, Ephesinum: contra Euticeten, Chalcedonense coacta sunt. In quibus quidem Ecclesiæ Synodis, recta & orthodoxa doctrina de Christi diuinitate, de duabus eius naturis, diuina & humana in vna persona, de duplici operatione Christi, déque diuinitate Spiritus sancti, explicata, defensa & confirmata est. Sic & deinceps ad disceptationes & quæstiones, vniuersam præsertim Ecclesiam perturbantes, & scandala tollenda, generales synodi semper adhibita leguntur. Ac rectè intellexerunt maiores nostri, viri & sacra eruditione, & vitæ sanctimonia celebres, magnificas illas Christi promissiones de iugi sua & perpetua præsentia cum Ecclesia, ac perpetua Ecclesiæ per Spiritum sanctum gubernatione, portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ipsa columna est & firmamentum veritatis. Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum, non ad tempus aliquod, sed in æternum, spiritum veritatis. Denique: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: atque alias plerasque, ad generales potissimum Ecclesiæ synodos referendas esse, quas contra Donatistas scribēs beatus Augustinus, consensionem Ecclesiæ totius adfirmare non dubitant. Vnde Apostoli & maiores natu Ecclesiæ Hierosolymitanæ, decretum illud,

Matt. 16. 1. Timot. 3. Ioan. 14. & 16. Matt. vlt. Lib. 1. cōtra Donatistas. cap. 2. 3. 4. & lib. 2. contra Par.

quod

quod de lege Mosaica gentibus non imponenda ediderant, non dubitant Spiritui sancto adscribere: Visum est, inquiẽtes, Spiritui sancto & nobis. non quod aliquam super ea quæstione reuelationem per spiritum sanctum accepissent, sed quod persuasum haberent suam synodum, suamq́; collationem & conquisitionem spiritu sancto gubernari & regi. meniani. cap. 14. Acto. 15.

Et celeberrimi doctoris Gregorij sententia illa celebratur apud Catholicos: Sicut sancti euãgelij quatuor libros, sic quatuor Concilia: videlicet quæ ante eius ætatem ex vniuerso orbe cõgregata fuerant: Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense suscipio & veneror. Cum igitur iam inde ab initio prædicati euangelij semper & salutares & etiam necessaria sint habitæ Christiani orbis synodi, ad peruersa & impia dogmata contentiosorum hæreticorum confutanda & explodenda, & ad disciplinam collapsam tã in clero, quàm in populo instaurandam, eximia Dei erga nos clementia, & Romanæ sedis summorũ pastorũ vigilãtia, propter nostri sæculi hæreses & corruptelas, Tridẽtinum Concilium indictum, coactum, & tandem fæliciter absolutum videmus: per quod varios & multiplices doctrinæ errores, quibus grauissimè labefactatæ sunt Ecclesiæ Christi, Greg. in registro lib. 1. capi 24. lib. 2. cap. 49. li. 3. cap. 33.

& vnitas Christiana miserè diuulsa & discerpta, corrigendos, & morum corruptelas in omnibus ordinibus emendandas, in Domino confidũt omnes pij.

Verùm vt saluberrimum hunc Concilij fructũ hostis ille gloriæ Christi, & salutis humanæ inimicus, interuertat & impediat, cùm non speret œcumenicarum synodorum irradicatam in Christiani populi animis authoritatem conuellere se facilè posse, & labefactare: homines contentiosos & arrogantes excitat, & tanquam in prosceniũ extrudit: Qui editis libellis, magnam quidẽ esse conciliorum generalium, sed legitimorũ & Christianorum authoritatem, diffiteri non audent. Verùm illud Tridenti celebratum Concilium, in conciliorum illegitimorum numerum, cum Ariminensi illo numerosissimo, cum Ephesino secundo, cum Constantinopolitano illo de tollẽdis imaginibus reijciendum esse: ac proinde neque doctrinæ, neque decretis eius fidem adhibẽdam, vanissimis & impudentissimis calumnijs contẽdunt: Atque eiusmodi libellos impunè in vulgus promiscuum spargi videmus, proh dolor, ô magistratus Christiani, qui in hoc constituti estis, vt Domino in timore seruiatis, hoc est, authore Augustino, vt ea quæ contra Domini iussa, et imprimis contra religionem fiunt, religiosa seueri-

ueritate prohibeatis atque plectatis.

In Consilio quodam, quod Iureconsultus Carolus Molinæus, qui in alijs quoq; scriptis suis apertissimum se hostem & oppugnatorem Ecclesiæ Christi palam declarat, super recipiendis in regno Galliæ Tridentinus decretis conscripsit, plurimas vndequaque corrasit rationes, quibus Cōcilij Tridentini authoritatem & fidem in vniuersum labefactare & abrogare studuit: addens quoque in singularum ferè sessionum pleraq; decreta, calumniosissimas & ineptissimas cēsuras. Sed impræsentiarum omissis ineptissimis illis in decreta cauillationibus, de quibus ipsius sacræ synodi censura pijs Ecclesiæ filijs sufficere debet, eas nunc excutere operæpretium duxi, quas ille aduersus Concilij vniuersam authoritatem & fidē magnò fastu collegit: atque ostendere quàm sint futiles & inanes, &, vt ipse appellat, veræ nullitates, quò apud omnes sancta & inuiolata semper consistat Synodi sacra authoritas.

Epistola. 48. & 50. lib. 3 con. Cresconiū gramaticum cap. 51 et lib. 2. cōtra Gaudētij epistol. cap 29.

Igitur Concilium Tridentinum esse illegitimum, & minimè recipiēdum, ostēdere conatur.

Cauillationes Caroli Molinæi.

Primum: quia dictum Concilium est indictum, sola primum authoritate Pauli tertij, Romani Pontificis, & postea Iulij & Pij quarti resumptum: atqui legitima Ecclesiæ Concilia semper conuocata sunt authoritate Imperatorum, &

& principum superiorum : conuocationes verò aliter factæ, semper fuerunt nullæ & irritæ. quemadmodum testatur Hieronymus in Apologia contra Ruffinum.

2. *Secundò: Manifestum est, inquit, ex histotijs ecclesiasticis & scriptis veterum ecclesiæ doctorum, Romanum Pontificem nunquã præsedisse in Cõcilijs generalibus: sed quando illis interfuit, semper habitum fuisse tanquam vulgarem & gregarium Episcopum, aut certò tanquã recentem aliquem Patriarcham: præsedisse autem semper aut ipsos seniores Patriarchas, aut Imperatorum legatos. Porrò in Concilio Tridentino Romanos Pontifices præsedisse nouo more, per suos Legatos, Cardinales & Præsides.*

3. *Tertiò: A sententia Romani Pontificis Leonis, per quam doctrina Lutheri condemnata est, interposita est legitima appellatio ad Concilium generale. Non potest igitur Concilium generale, in quo postea præsedit Romanus Pontifex, censeri legitimum, quia iuri omni, tum diuino, tum naturali, tum humano, repugnat vt iudex, à cuius sententia appellatum est, in nouo quoque iudicio, ad quod prouocatum est, iudex sedeat.*

4. *Quartò: Pontifex Romanus cũ suis, est pars*

rea

rea, & accusata de multiplici corruptela doctrinæ & morum, & ad suscipiendam reformationem ad Concilium citata. Concilium igitur in quo citatus, reus, & accusatus Romanus Pontifex, sumpsit sibi contra omnem iuris ordinem, personam iudicis, illegitimum prorsus censeri debet.

Quintò: Pontifex Romanus cum suis est cõiuratus, & capitalis hostis eorum quorum caussa ad Concilium relata est, igitur nulla ratione potuit esse legitimus iudex. 5.

Sextò: In Concilio Tridentino processum est, parte nec vocata, nec audita, imò exclusa: igitur Concilium quod sic processit, non potest haberi legitimum. 6.

Postremò. Prætensum Concilium, habitis Tridenti sex sessionibus, translatum est Bononiam, atque ibi sine aliqua actione mansit suspensum, donec moriente Paulo tertio, cum eo quoque finem accepit, & ex toto finitum fuit. Nam cùm sola voluntate Pauli tertij, non per Imperatorem & principes, neque per authoritatem Ecclesiæ congregatum fuerit, consequitur quòd per eius mortem extinctum sit. Secundùm enim vtriusque iuris censuram, voluntas morte finitur: alioqui nisi fuisset ex toto Bononiæ finitũ, electio Papæ successoris Pauli non fuisset penes 7.

Cardinales, sed penes dictum concilium. Nõ obstante autem prædicta expiratione & extinctione Concilij, Iulius tertius Pauli successor, anno 1551. & postea Pius quartus anno 1560. illud resumpsit & continuauit in Tridento. Manifestissimum autem est, quòd mortuum iam Concilium & finitum, non potuerit resumi & continuari. Quare quicquid postea superstructum est per Iulium & Pium, censendum est super fundamẽto caduco esse superstructum.

1. Reg. 17 *Septem his capitibus ferè comprehensum est, quicquid gloriosus ille Philistæus aduersus instructissimam Concilij aciem, & munitissima Ecclesiæ Christi castra, eiaculari nõ est veritus. Verùm ne in immensum glorietur, id confiteri vel inuitus debet, nõ se primum istarum speciosarum scilicet obiectionum & cauillationum authorem esse. Sed annis superioribus cùm Conciliũ generale toties à Protestantibus postulatũ, & à Paulo tertio tandem indictum Protestantes tergiuersantes recusarent, pro iustificatione & defensione tergiuersationis suæ, ab eorum ecclesiastis & doctoribus in cõuentu Smalcaldiano eas exceptiones, idq; non paulò instructiores cõscriptas, & Pontifici ac Cæsari, atque alijs ordinibus exhibitas fuisse, clarissimè cognosci potest ex Commentariorum Ioannis Sleidani, (quos de statu*

Io. Sleid. de statu religionis per Germaniam sub Carolo V.

ſtatu religionis per Germaniam ſub Cæſare illo auguſtiſsimo,pientiſsimo , & religioſiſsimo Carolo quinto venerãdæ recordationis conſcripſit) libro vndecimo.

Is enim libro vndecimo ſuorum Commentariorum ſcribit: Proteſtantes has attuliſſe ſuæ recuſationis cauſas. Primũ,iudicandi poteſtatẽ non ſolùm ad Pontificem & Epiſcopos, verũ etiã ad vniuerſam Eccleſiam pertinere: quo quidem numero ſunt quoque reges,& cæteri ordines. Quapropter legitimum Concilium haberi non poſſe,in quo ſolus Pontifex cum ſuis, iudicandi poteſtatem vſurpet. 1.

Deinde: Pontificem cum ſuis,ex litigatoribus alteram eſſe partem,quæ non leuibus de cauſis, ſed de doctrina impia,& impio cultu reprehendatur: pugnare autem cum iure naturali & diuino,vt parti quæ rea eſt,concedatur iudicandi poteſtas. 2.

Rurſus: Pontificem non ſolùm eſſe alterum litigatorum,ſed doctrinam Proteſtantium multò antè ab eo condemnatam eſſe. Iniquum verò prorſus eſſe,vt iudex iterum ſit is, à cuius condemnatoria ſententia prius eſt appellatum. 3.

Has itaque recuſati iam olim Concilij cauſas à Proteſtantibus redditas, Iureconſultus Molinæus rurſum in lucem reuocat,ad oppugnandã

ſacra

sacræ Tridentinæ synodi fidem & authoritatem. Quæ quàm sint vana & futiles, iā superest vt paucis pro temporis ratione commonstremus.

Solutio primæ obiectionis. *Primum itaque quod cauillatur Molinæus circa Cōcilij indictionem, solius Pauli tertij Romani Pontificis voluntate & authoritate, nouo & inusitato more Concilium indictum & cōuocatum esse, sine Imperatorum & Principū assensu & approbatione: id vanissimum esse, & mendacium impudentissimum, vel ex ipso diplomate indictionis compertissimum cuilibet esse potest. Sed ne criminis falsi insimulare audeat inuerecūdus homo ipsius diplomatis narrationem, idem liquidissimò demonstrari potest ex ipsius Sleidani historiæ libris, septimo, octauo, et nono:*

Sleidanus libro 7. 8. et 9 cōfutat Molinæi mēdacium. *Placuit, inquit Sleidanus, tandem Paulo tertio in Germaniam remittere Petrum Vergerium, qui generale Concilium promitteret, qui profectus ad omnes principes, Mantuæ futurum Cōcilium denunciaret. Pontificem enim, Cæsarem & Regem Ferdinandum, ista cogitatione & sollicitudine cum primis affici, ac eandem cæterorum quoque principum esse voluntatem: denique Pontificem cum Galliæ quoque Rege communicasse, qui necessarium esse Cōcilium et ipse iudicaret. Ex quibus cognoscis merum et putum impudentis hominis mendacium.*

Quod

Quod verò in eadem obiectione cauillatur non esse Romani Pontificis denunciare Concilium, sed ad Regum & principum authoritatem id pertinere, alitèrque celebrata Concilia semper irrita fuisse, coarguit eam cauillationem Marcellus ille gloriosus Christi Pontifex & martyr, in sua ad Antiochenos epistola: In qua luculenter scribit, quòd Christi Apostoli, domino inspirante, & hoc instituerunt, vt nulla synodus fieret, præter Apostolicæ sedis authoritatem. Quam Apostolorum institutionem repetitam fuisse, & veluti reuocatam, in synodo Nicæna celeberrimus ille Ecclesiæ doctor Athanasius (qui eidem synodo interfuit) testatur cũ vniuersis orthodoxis totius AEgypti, Lybiæ, & Thebaidis Episcopis, in Alexandrina synodo, ob Nicænæ fidei defensionẽ congregatis, in Epistola ad Felicẽ Pont. Rom. in hac verba: Domino beatissimo & honorabili sancto patri Felici, sanctæ sedis Apostolicæ, vrbis Romæ Papæ Athanasius, et vniuersi AEgyptiorũ, Thebaidorũ et Lybiorũ episcopi in sancta Alexãdrina synodo gratia Dei congregati: Quia Apostolicis vestra beatitudo visceribus cõmota, propter tribulationẽ nostram nos oẽs hortata est ad tuitionẽ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ in vnũ cõuenire, & de nostra oppressione canonicè et vnanimiter tractare, ideo Pater bea-

Solutio cauillationis in prima obiectione proposita, de imperatorum potestate in cõuocãdis cõcilijs.

Marcellus pontifex.

Huius regulę ecclesiasticę & Iulius & Damasus & Athanasius meminerunt.

Athanasius in epistola ad felicẽ romanũ.

beatissime, quia semper antecessores nostri & nos à vestra Apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos curam habere cognouimus, præfatam Apostolicam et summam sedem iuxta canonum decreta expetimus, vt inde auxilium capiamus, vnde prædecessores nostri ordinationes & dogmata acceperunt. & post pauca: Nam scimus in magna synodo.cccxviij.episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia, Concilia celebrari, nec episcopos damnari: licet hæc & alia quàmplura necessaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobisq́; sublata. hactenus Athanasius. Et cùm propter doctrinæ cognitionem, œcumenica Concilia potissimum indici soleant, quam ad episcoporum officium, non ad regum potestatem spectare magno consensu tradiderunt sacri scriptores (quod paulò pòst ostenditur) quis ambigat, ad sacrum magistratum & non ad politicum, Conciliorum denuntiationem potissimum pertinere? Vide historiæ tripartitæ lib. 4. cap. 9.

Soluitur argumẽtũ ex Hieronymi verbis factum.

Quod autem Hieronymus Ruffino alleganti Concilium respondet: Ostende primum ab Imperatore Concilium fuisse cõuocatum: Hieronymi verba in apologia aduersus Ruffinum hæc sunt:

Respon-

Respõde, quæso, Ruffine, quod dicis Hilarij libros falsatos esse ab hæreticis, & ob id eum à concilio excommunicatum fuisse, Synodus ea, à qua excommunicatus fuit, in qua vrbe est habita? Doce qui eo anno consules fuerint, qui imperator hanc Synodum iusserit congregari? Galliæ ne tantùm episcopi fuerint, an & Italiæ, & Hispaniæ? certè ob quã caussam Synodus congregata sit.

In quibus verbis constat, cùm ad Origenis, à catholicis propter hæreticos errores in ipsius libris deprehensos excommunicati defensionem Ruffinus Concilij cuiusdam censuram cõtra Hilarium propter errores hæreticos eius quoque libris inspersos proferret, non aliud egisse Hieronymum, quàm vt edito Imperatoris nomine, sub quo Concilium celebratum esset & cõgregatum, cognosci posset, quodnam illud Concilium esset, quod Ruffinus allegabat, quod concilium extare non satis credebat Hieronymus, & quod nunquã in lucem prodijsse constat. In eo quoque quod dicitur Imperator Synodum congregari iussisse, non est necesse intelligere sacerdotalis authoritatis potestatem, quæ decernit Synodum congregandam, fuisse exclusam. Demus autem hoc, quod Imperatores aliquando Synodum conuocauerint, penes quos orbis totius fuit imperiũ: tamen si qui fuerunt catholici, non fecerunt hoc, nisi

nisi de Romanorum Pontificum sententia, adeò vt hæreticus ille Imperator Cōstantius, per vim adigere Liberiū Pontificē conatus sit, vt acta synodi Ariminēsis calculo suo cōprobaret, quòd ea alioqui minimè rata fore perspectum haberet.

Solutio 6 obiectiōis *AEquè vanū est quod obiecit Molinæus, in Concilio Tridētino processum esse, parte nec vocata, nec audita: Nam habita deliberatione in Smalcaldico conuentu ita respondisse legato Apostolico Petro Vergerio Protestātes scribit Sleidanus: Quæ sit ipsorum de Concilio volūtas, iam antea se non vnis comitijs declarasse, & Cæsaris atq; Clemētis septimi legatis exposuisse: se quoq; legitimum optare Conciliū, & cum reliquis principibus hoc à Cæsare flagitâsse. Non ergo se defuturos reipublicæ, & libenter ad Concilium vēturos, quod modò legitimè & ritè instituatur.*

Principes seculares in Conciliis nō solere dicere sententias de religione. *Sed hoc fortasse sensit Molinæus, quod disertis verbis expresserunt protestantes, partem vocatam non esse admissam ad dicendas sententias, & ad suffragandum, sed id muneris solis episcopis & sacerdotibus ibi reseruatum esse: cùm tamen & sacris literis, & veteris etiam Ecclesiæ demonstrari posse exemplis contendat, adhibitos fuisse in publica causarum fidei & religionis cognitione viros principes atque alios ordines.*

Verū si sacras literas tam veteris quàm noui

testa-

testamenti consulamus, simul & probatissimas rerum ecclesiasticarum historias, ac patrũ eruditissimorum testimonia, certissimo comperiemus, fidei & religionis, & sacrarum rerum cognitionem & diiudicationem soli sacerdotali officio in Christi Ecclesia semper fuisse attributã. Cuius rei iustam probationem cùm adferre temporis præsentis ratio non permittat, vnicam tãtũ celeberrimi illius Ecclesiæ doctoris Ambrosij sententiam, quam ad Valentinũ Iuniorẽ, cùm in exordio imperij sui, adhuc rudis & imperitus disciplinæ ecclesiasticæ, ad se vocasset de fide litigantes, scripsit in hæc verba: Si vel scripturarũ seriẽ diuinarũ, vel vetera tẽpora retractemus, quis est qui abnuat, ĩ causa fidei Episcopos solere non Imperatores iudicare? Quando audisti, inquit, Imperator clementissime, in causa fidei laicos iudicasse? itáne ergo quadã adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris immemores, quod Deus donauit nobis sacerdotibus, hoc alijs putemus cedendum? Et memorabilis est illa Imperatoris Theodosij sententia, quam scripsit ad Synodum œcumenicam Ephesinam: Deputatus est, inquit, Candidianus magnificus Comes strennuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam Synodum vestrã, ac in nullo quidem, quæ facienda sunt de pijs dogmatibus quæstiones

Ambrosius ad Valẽtinũ iuniorẽ.

Theodosius ad Synodũ Ephẽsinã.

stiones communicare. Illicitum namque est cũ qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis immisceri tractatibus. Quare celebris ille Canonum professor Franciscus Duarenus in libro de ministerijs sacris (in quo non illibenter arrodit ecclesiasticam iurisdictionem) Nicolai primi Pontificis ad Michaelem Imperatorem sententiam non satis circumspectè adducit ad comprobandum, quòd in causa fidei, quæ omnibus communis est, nõ solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino Christianos, tractatus & cognitio pertineat. Constare enim facilè potest paulò attentius legẽti, Nicolai illam ad Michaelem Imperatorem epistolam, & scribendæ epistolæ occasionem considerãti, id tantùm scribere Nicolaum, quòd in causa fidei, quæ omnibus communis est, cognoscenda possint præsentes esse & laici: Quemadmodum Constatinus Magnus Nicæno Synodo, & Martianus Chalcedonensi, & postea Constantinus sextæ Synodo interfuisse leguntur: non tamen tanquam cognitores & iudices. In causis verò criminationum, aduersus sanctos episcopos, non debere præsentes esse Imperatores vel laicos. agit enim Nicolaus in ea epistola de criminibus Ignatio episcopo sanctissimo Alexandrino, ab ambitioso Photio obiectis, & arguit Michaelem, quòd

quòd causam criminationum illarum, imperator ob fauorē erga Photiū sibi vsurparet. Cuius causæ cognitioni ne præsentē quidē se exhibere debebat, exēplo Cōstātini et Theodosij, qui huiusmodi criminationū cognitionē vltro ipsis delatam, à se reijcere ad ecclesiasticos iudices solebant.

Iam quod deinceps à Molinæo obijcitur, manifestum esse ex historijs Ecclesiasticis, & scriptis veterum doctorum, Romanum Pontificem nunquam præsedisse in generalibus Ecclesiæ Concilijs: sed quoties interfuit, habitum fuisse tanquam vulgarem & gregarium Episcopum, aut certè tanquam recentem aliquē patriarcham: præsedisse autē semper aut seniores patriarchas, aut Imperatorum legatos: luculentissimum mendacium esse, comperiet quisquis superiorum ætatum historias ecclesiasticas vel attigerit, & generalium præsertim illorum octo Cōciliorum actiones, quæ in Christi Ecclesia indubitatam authoritatem semper obtinuerunt. Nā in illo primo sacratißimo Nicæno Concilio, Osiū Cordubensem, Episcopum prouinciæ Hispaniæ, Victorē & Vincentiū, Romanæ Ecclesiæ presbyteros, & Apostolicæ sedis legatos, pro beato Syluestro interfuisse, ac etiā præsedisse, & primos subscripsisse, vniuersa testatur antiquitas. Quin nō contentos fuisse sanctißimos illos patres, trecē-

Solutio à Cauillationis.

Quis præsederit in concilio Nicæno pro Rom Pont.

tos & octodecim interfuisse Concilio, dictos sedis Apostolicæ Legatos, sed literas quoque dedisse ad Syluestrum Papam, quibus ab eo synodi acta confirmari potuerunt, ex actis Concilij compertissimum est.

Quis in Constantinopoli *In Cōcilio similiter Constantinopolitano primo, beati Damasi orthodoxæ fidei vindicis viguisse authoritatem, & præsedisse in eo, ipsius nomine Paulinum Thessalonicēsem Episcopum.* Quis in Ephesin. *Postea in Concilio Ephesino, beati Celestini viguisse authoritatem, & pro eo Cyrillum Alexandrinum Episcopum præsedisse. Postremo in* Quis in Chalced. *Chalcedonensi Concilio, vice sanctissimi illius Leonis primi interfuisse, & præsedisse Pascasinum & Lucentium Episcopos, nemo, nisi prorsus Ecclesiasticarum historiarum imperitus, aut sanè omnino impudens, negare potest.*

Quin & in Chalcedonensi Concilio, ex sententia ipsius Leonis, omnia acta esse, (quæ quidem ad fidem & religionem pertinebant) ex ipsius Concilij actis manifestissimum est. Atque idem factum & obseruatum fuisse in reliquis illis generalibus concilijs, ex ipsorum actis æquè est manifestum.

Quin potius illud euidenter demonstrare liceret, adeo sine sedis Apostolicæ authoritate, nullum Concilium legitimum habitū fuisse vnquàm

quàm, vt quæ sine eius authoritate habita sint, etiam œcumenica, adeoq́; Imperatorum authoritate interposita, semper irrita & rescissa posteà fuerint per posteriora Concilia.

Quemadmodũ cernere est in Concilio Ephesino secundo. Item in concilio numerosissimo Ariminensi, generalibus concilijs, & in Antiocheno illo contra beatum Chrysostomum, & Constantinopolitano illo, sub Imperatore Michaele, pro Photio, contra Ignatium, particularibus Concilijs. Quæ cùm ita sint, sapit certè Molinæus (sed vt sapiunt filij huius seculi) quòd tam putida mendacia vulgi tantùm auribus ingerat, libello populari & vernacula lingua scripto. Nam apud eruditos, qui notissimas Ecclesiæ historias ignorare non possunt, se fidem obtinere posse, meritò diffidit. Cõfutatis vanissimus his cauillationibus, de conuocatione & præsidentia, & partium citatione, expẽdamus reliquas, quæ plus aliquid momenti & probabilitatis apud imperitos habere possent.

A sententia, inquit, Leonis Pontificis, per quam Lutheri doctrina condemnata est, interposita est legittima appellatio ad Concilium generale. Quare non potest censeri legittimum Concilium, in quo Romanus Pontifex præsidet, præsertim cũ Romanus Pontifex rei & accusati Solutio 3. & 4. cauillatiõnis.

personam in eo sustinere debeat, nec possit esse legittimum eius iudicium in propria causa.

De appellatione interposita.

Quàm fuerit legittima appellatio, ea quæ facta est à sententia Romani Pontificis definitiua, in his quidem quæ sunt religionis, discere licet ex sententia illa Gelasij Pontificis. quam ante annos mille ad Dardaniæ Episcopos scripsit in hæc verba: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quòd ea quæ ligata sunt à sede beati Petri, nullus omnino Episcopus ius habeat resoluendi. vt quæ de omni Ecclesia ius habeat iudicandi, nec de eius liceat iudicare iudicio: si quidem ad illam de qualibet parte mundi Canones appellari voluerunt: ab illa autem nemo est appellare permissus. Nec illud quoque prætereundum, inquit, duximus, quod Apostolica sedes, sine vlla synodo præcedente, soluendi quos synodus iniqua damnauerat, & damnandi, nulla existente synodo, quos damnari oportuit, semper habuerit facultatem. Cui consentiunt antiquissimus Pōtifex Bonifacius martyr & Damasus. Sed quoniā loci huius & temporis non est arduam illā quæstionem discutere: Ad sedém ne Apostolicā, an ad generale Concilium spectet vltimum & infallibile illud Ecclesiæ iudicium: illud videamus vtrum præiudicata Leonis sententia obsistere posit, quò minus aut ipse, aut aliquis eius

A sententia definitiua Rō. Pont. nō licet appellare.

Bonifaci⁹ Martyr. Damasus.

in

in sede Apostolica legitimus successor, possit præesse Concilio, in quo causa semel à Romano Pontifice iudicata, propter hæreticorum odiosam contumaciam, iterum cognoscenda proponitur. Atque hîc quoque superiorum temporũ ecclesiasticas historias consulamus, & praxim in antiquissimis Concilijs generalibus obseruatã perscrutemur.

Igitur de Nicæno illo celeberrimo & sacratissimo Concilio scribit Eusebius: Presbyterum quendam apud Alexandriam, Arrium nomine, gloriæ, laudisq; & nouitatis improbè cupidum, praua quædam de fide Christi, & quæ antea in quæstionem nunquam venerant, proferre cœpisse. Verùm in posterioribus illis septem Concilijs generalibus controuersias propositas, antea per sedis Apostolicæ Pontifices discussas, atq; etiã diiudicatas fuisse: adeoq; ferè per eos ipsos Pontifices, quorum authoritas in ipsis Concilijs viguit: ipsaq; Concilia Pontificum præiudicatam sentẽtiam semper fuisse secuta, facilè fuerit demonstrare. Nam in Constantinopolitana prima, quæ authoritate Damasi indicta fuit, impiam illam contra spiritus sancti diuinitatem, Sabelli, Macedonij & Eunomij doctrinam, à Damaso, vnà cũ sacerdotali cõcilio, quod Romæ secum habuerat, fuisse iam dudum ante concilium condemnatam,

Lib. 10. histo Eccle. cap. 1.

Constantinopolitana prima.

& illius doctrinæ pertinaces defensores, fuisse etiam anathemate percussos, videre licet in epistola Damasi ad Paulinum Episcopum, Apostolicæ sedis in partibus Orientis Legatum.

Ephesinum Concilium.

Similiter post damnatam Nestorij impietatem à beato Celestino Romano Pontifice eiusdē authoritate, instantibus Imperatoribus, Theodosio & Valentiniano, ad sedandos tumultus exortos, Ephesinum concilium conuocatum fuisse, in eoq́ Celestini sententiam comprobatam & confirmatam fuisse, ex Celestini literis ad Nestorium, & ad Cyrillum Alexandrinum, atque ex ipsis quoque concilij Chalcedonensis actis manifestissimum est.

Conciliū Chalcedonense.

Rursus ex actis concilij Chalcedonensis euidentissimè constat, Eutychetis & Dioscori impiam doctrinam multò ante indictum illud concilium, à beatissimo Leone fuisse condemnatam, Leonisq́ sententiam à patribus eiusdem Cōcilij fuisse approbatam.

Quinta Synodus generalis.

Iam Petrum illum Antiochenum, de mysterio incarnationis Dominicæ, noua quadam & blasphema dogmata rursus in ecclesiam inferentem, Seuerum quoque Antiochenum Patriarcham, Petrum Apamiarum Episcopum, & Zoaram Syrum monachum, & Antonium, quos quinta synodus authoritate Vigilij damnauit,

multò ante synodum ipsam damnatos fuisse per Apostolicæ sedis sententiam, ex literis ipsius synodi satis constat.

In sexta quoq; synodo idē factitatum esse, ex ipsis actis synodi manifestè constare potest.

Iconomachos quoq;, quos septima synodus vniuersalis damnauit, cōstat multò antè damnatos fuisse per Apostolicæ sedis iudiciū. Primū per Gregoriū tertiū in frequētissima Episcoporū synodo: Deinde per Stephanum, eius nominis secundū. Postremò Photium illum superbissimū, quem condemnauit, & ex sede Cōstātinopolitana, vel inuito Michaele Imperatore, eiecit conciliū vniuersale octauū, antea damnatū fuisse per sententiam Nicolai Pontificis, eius nominis primi, ex authenticis & probatis historijs similiter cōstat.

Satis ex his, superq; manifestum esse arbitror, quanta rerum Ecclesiasticarum inscitia laboret causidicus iste Molinæus, dum ex eo synodi Tridentinæ iudicium tanquam illegitimū calumniatur, quòd in eo viguerit præsidis Apostolicæ sedis authoritas, per cuius sententiam antea damnata fuerit ea doctrina, de qua quæstio in Synodo iterum agitata & tractata est. Nam vna hac calumnia vniuersorū illorū Cōciliorū, quæ vniuersa Christi ecclesia semper venerata est, authoritatē impugnare, & eadē suspecta

Deut. 17. *& illegitima facere liceret. Quemadmodũ itaq; in veteri synagoga, cathedra iudiciaria per Moysen instituta fuit, ad quam quæstio omnis de lege, de mandato, de cæremonijs, de iustificationibus referretur (cuius quidem cathedræ præses quicquid cum sacerdotibus & leuitis communicato concilio decreuisset, id sine vlla contradictione aut prouocatione ad aliud quodlibet iudiciũ teneretur inuiolabiliter & obseruaretur.) Ita Christus in Ecclesia cathedram iudiciariã: constituit, ad quam omnis quæstio de fide & religione, præsertim quæ in particularibus Episcoporum conuentibus definiri non posset, referretur. In qua cathedra Petrum, & eius legitimos successores, tanquam pastores & gubernatores vniuersæ Christianitatis collocauit. Cuius cathedræ præsides quicquid de quæstione religionis, cõmunicato cum suis sacerdotibus & Episcopis consilio, & præsertim in œcumenicum totius orbis concilium congregatis, decreuissent, id ab omnibus Christianis sine vlla contradictione aut appellatione inuiolabiliter teneretur.*

Quare qui appellationem à sentẽtia præsidis, Apostolicam & Ecclesiasticam cathedram tenentis, ad aliud quodcunque cõcilium approbat, aut à definitione causarum religionis, præsidem cathedræ secludit, perinde facit, atque si contra

Domini per Moysen constitutionem, à definitione causarum & quæstionum de lege & iustificationibus per præsidem cathedræ Moysi facta, appellationem ad aliud iudicium interponeret, in quo à cognitione & definitione causæ præsidẽ cathedræ prorsus exclusum vellet.

Quod deinde proponit Molinæus, nõ posse cẽseri legitimum iudicium, in quo iudicem is agit, cuius propria causa diiudicanda proponitur, similiter futilis est & vana cauillatio. Perspicuum enim est, controuersiam doctrinæ, in Tridentino concilio propositam, non ad Romanum Pontificem priuatim, siue ad cathedram Apostolicam, sed ad catholicos uniuersos per totum Christianismum spectare. Cõstat enim, vnum hoc ad discutiendum propositum fuisse, (quod quidem ad doctrinam attinet) vtrũ antiqua doctrina, quæ ante natum Lutherum, per totum orbem Christianum, cum pace & vnitatis concordia in omnibus Ecclesiis tenebatur, & prædicabatur, & quam sedes Apostolica, & Romana Ecclesia constanter profitebatur, & tenendam aliis tradebat, vera sit doctrina, à Christo & Apostolis tradita & accepta: an verò nouitia illa, quam natus Lutherus illi contrariam in Ecclesiam intulit. Et post multam discussionem & conquisitionem definitum esse, antiquam illam

An Rom. Pont. propria causa sit quæ in Concilio tractata est.

antiquam illam de religione doctrinam, quam ante natam nouitiam doctrinam profitebatur uniuersa catholica Ecclesia, Romanæ sedis magisterium & authoritatem secuta, solam consentire cum Apostolicæ et veteris Ecclesiæ doctrina.

An Pont. Rom. rei personā sustineat.

Æquè futilis est & illa cauillatio, Pontificem Romanum in hac causa accusati & rei personam sustinere. Iam enim demonstratum est, quod quidem pertinet ad doctrinam, eam doctrinam, quæ in œcumenico iudicio discussa est, non ad priuatam Pontificis personam, aut sedis Apostolicæ cathedram pertinere, sed ei cum uniuersa catholica Ecclesia communem semper fuisse, & etiamnum esse. Quare criminatio hæc non Pontificem solum reum facere, sed uniuersam catholicam Ecclesiam impiæ doctrinæ insimulare conuincitur.

De culpis præsidum Ecclesiæ corrigendis.

Atque hæc quidem aduersus cauillationem de doctrinæ corruptela & impietate, per Romanam cathedram in Ecclesiam inducta. Quid autem de culpis (quas cathedræ Apostolicæ præsides, homines mortalitatis pondere & iugo grauati, per humanam fragilitatem admittunt) siue conuincendis, siue redarguendis, siue deniq; diiudicandis & puniendis, religiosa patrum antiquitas censuerit & obseruauerit, ex synodis quibusdā Ecclesiasticis cognoscere licet.

çet. In primis, ex illa omnium antiquißima, in Sinuessa Campaniæ vrbe congregata, vbi Marcellini Romani Pontificis & Martyris causa tractata est. Item & ex eo Concilio, quod instante Sixto, & procurante Valentiniano, Romæ frequens coactum est, in quo Sixti, eius nominis tertij, Romani Pontificis causa tractata est.

Synodus in Sinuessa cõgregata.

Item & ex eo Concilio, quod primũ Theodorici regis mandato, & postea Symmachi approbatione conuocatum est: in quo criminationes Symmacho obiectæ discussæ sunt. Postremò ex Concilio illo, in quo crimina obiecta Leoni tertio, instante Carolo magno Imperatore, cognoscenda & iudicanda proposita sunt.

In quibus synodis constanter venerandi Episcopi & sacerdotes profeßi leguntur primæ sedis Episcopum, inferiorum nõ posse subiacere iudicio.

Id nunc restat vt postremam obiectionẽ expendamus: Pretensum, inquit Molinæus, Concilium Tridenti primum inchoatum, & deinde Bononiã translatũ, per mortẽ Pauli tertij extinctũ et finitũ est: alioqui nisi cũ Paulo tertio mortuum esset, et ex toto extinctum, electio Papæ, Pauli successoris, nõ ad Cardinales, sed ad cõciliũ ipsum pertinuisset. Igitur quicquid post Pauli mortem

7. Obiectionis dissolutio

mortem, siue Iulius, siue Pius, extincto Concilio, superstruxit, irritum est & caducum.

Solent causarum Patroni, argumentum in quo firmissimam causæ defensionem positam existimant, in vltimum locum reijcere: verum hæc Molinæi postrema argumentatio adeo infirma & inepta mihi quidē videtur, vt non persuadear, à tam celebri causidico & iuris perito proficisci eam potuisse, nisi pertinaci quodam & cæco contra veram Christi Ecclesiam & Romanam sedē odio laboraret. Quis enim Iureconsultus adeo iuris imperitus reperiatur, vt non intelligat, quam authoritatem indicendi & conuocandi generalis Concilij Paulus tertius habuit, eandē & eius legitimos successores habuisse, per quam licuerit eis ad peragendum & absoluendū quod à Paulo tertio inchoatum erat, & propter incidentes insperatos tumultus interruptum, patres dimissos reuocare, præsertim Imperatorum & Regum voluntate constanter perdurante, solutum quidem esse per Pauli mortem Concilium illud Bononiæ congregatum, & patres vniuersos Bononia discessisse, fortasse verum est. Sed eosdē non esse legittimè reuocatos ad inchoatam & interruptam actionem resumēdam, continuandam & absoluendam, siue per literas resumptionis aut renouationis Concilij, siue per literas

noua

nouæ indictionis, authoritate Romanorum Pontificum Pauli successorum, quis, quæso, audeat negare? Paulus quidem tertius has calumniosas cauillationes veluti præuidens, disertis verbis in formula primæ indictionis vsus legitur: Sacrũ, inquiens, œcumenicum & generale Conciliũ in ciuitate Tridentina, loco cõmodo & libero, omnibusq; nationibus opportuno incipiendum, prosequendum, & domino adiuuante, ad ipsius gloriam atque laudem, & Christiani totius populi salutem absoluendum, perficiendumq; indicimus & annunciamus. Quam indictionis formulam manifestum est, non ad inchoationem tantùm, sed ad omnem prosecutionem, ad fœlicem vsque finem Concilij spectare: vt nulla alia indictione opus esset, etiamsi per interuenientia impedimenta, actionem Concilij interrumpi contingeret: præsertim cùm indictio facta sit non solius Pauli personæ voluntate, mandato & iussu (qualia mandata per mortem mandantis expirare solent) sed sedis Apostolicæ authoritate, & venerabilium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & consensu.

formula primæ indictionis Concilij per paulũ tertium.

Sapienter fecit mea quidem sententia Molinæus, sed vt sapiunt filij huius seculi, quòd populari lingua conscriptas has futiles & vanissimas cauillationes curioso populi vulgo obtruserit: Nam

Nam quòd tam ineptis præstigijs viros doctos, qui notissimas ecclesiasticarum rerum historias ignorare non possunt, decipere & fallere posset, non admodum sperare potuit. Sed vulgus quoq; Christiani populi, nisi prorsus suam æternam salutem prostituere velit, facilè intelligere potest, totius orbis sententiam, arrogantis scriptoris cauillationibus iure anteponendam.

FINIS.



ORATIO ALTERA, IN ſcholis Theologicis ab eodem authore habita: in qua demonſtrat portum tutum & fidum, in quo acquieſcere poſsint pij homines, & de ſua ſalute æterna ſoliciti, in miſerabili præſentis Eccleſiæ diſsidio.



N miſerabili præſentis Eccleſiæ diſsidio, ſapienter quærunt homines, qui ſuæ ſaluti conſultũ volunt, portum aliquem fidum, in quo tutò acquieſcere poſſint, ne incertarum opinionum procellis ſemper huc illucq́; ferantur, & veritatem inquirendi anxio ſtudio, inquieti ſemper iactentur: Quales erant fideles illi, quos admonebat Apoſtolus, vt adoleſcerent in virum perfectum, in mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti, & tandem deſinerent eſſe paruuli, fluctuantes omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia, ad circumuentionem erroris. Cæterum non minore prudentia & ſolicitudine proſpiciendum eſt, ne dum imago quædam & ſpecies quieti & ſecuri portus oſtenditur, errore abripiantur homines in voraginem quæ eos abſorbeat, aut in aſperos ſcopulos præcipitentur & illidantur.

Profi-

Profitentur scriptores quidam huius tempestatis, se post multam, longam ac diligentem inquisitionem, reperisse expeditam rationem, quo pacto veræ pietatis studiosus (durante isto Ecclesiæ dissidio) securè se gerere in quauis natione aut regione possit, atq; experientia duce & magistra se post varias fluctuationes, portum securum reperisse sibi gratulantur, in quem velut in azylum quoddam, ac fidam firmamq; stationem se recipere tutò posśint. Quem etiam omnibus pietatis studiosis fluctuantibus, & incertarum opinionum procellis adhuc iactatis, ipsi iam diuino beneficio superatis fluctuum & undarum varijs procellis in tuto constituti, magna cum beneuolentia, veluti nautæ post multa pericula tandem in portum securum inuecti, commonstrare & commendare satagunt. Quoniam igitur non sine multorum applausu, non satis diligenter rem tantam considerantium, eiusmodi scripta excipiuntur, operæpretium mihi facturus videor, si, quantum patietur temporis angustia, in præsentis & proximè sequentis vesperiarum scholastica celebritate, & disputatione demonstrauero, ab his Ducibus & Magistris non portum securum ostendi, sed potius undosam voraginem quæ demergat incautos & absorbeat: nec aliam prorsus esse tutam, firmam,

atque

atque securam arcem, ad quam in quauis Ecclesiæ tēpestate pietatis studiosus confugiat, quàm eam, quæ à priscis & eruditis viris ac maioribus nostris iam olim studiosè tradita, & salutis suæ studiosis commendata est. Propositio doctrinæ.

Igitur ratio, quam in controuersiis religionis tenendam hi duces proponunt, eiusmodi est. Quisquis, inquiunt, fundamentum religionis, quod breuissimo illo fidei symbolo, quod ab Apostolis traditum est, continetur, firmiter retinet, & capiti Christo per rectam de Christo fidem coniungitur, & per charitatis & pacis vinculū, reliquo Ecclesiæ corpori connectitur, is (etiam si sententiis quibusdam, quæ sint extra fundamētum illud, & substantiam religionis in breui illo symbolo comprehensam, quamuis etiam ad integritatem & perfectionem fidei pertineant, & ritibus quibusdam discrepet) is demum, inquiunt, verè, puréque catholicus est, & portum reperit, in quo feruente contentionum & inquisitionum æstu, securè conquiescat. Totus enim Christus, caput, inquiunt, est & corpus. A capite verò non receditur, nisi per falsam & impiam de capite Christo doctrinam. A corpore, quod est Ecclesia, per solam charitatis defectionem. Propter sententiarum itaque quarumlibet & opinionum Summa doctrinæ quæ suscipitur excutienda.

diuersitatem, quæ modò non pertineant ad capitales illos & fundamentales religionis articulos, in breui symbolo comprehensos, si modò pax inter dissentientes conseruetur, neminem extra Ecclesiam fieri existimant. Hæreticos proinde eos demum censendos, qui per impiam, & scripturis sacris dissentaneam de capite Christo doctrinam, à capite Christo recedunt. Schismaticos verò eos demum, qui propter propriarum opinionum immoderatum amorem, & pertinacem atque animosam persuasionem, à societate, pace, & communione aliorum diuersum sentientium se separant. Ecclesia enim, inquiunt, ab ipso fundamento, quod est Christus, pro nobis mortuus & resuscitatus, æstimãda est: in quo fundamento quisquis stabilis consistit, & vinculum pacis cum alijs seruat, is demum directam regiamq; viam salutis tenere censendus est, etiamsi in sententijs quibusdam ab alijs dissideat, quæ ad puritatem quidem & sinceritatem rectæ doctrinæ, non tamen ad substantiã religionis pertineant.

Humana quadam beneuolentia, & studio quodam in speciem pio pacificationis Ecclesiæ, duci & commoueri isti stationis securæ commonstratores videntur, dum intra Ecclesiæ retia (extra quam rectè intelligunt nemini salu-

ſalutem eſſe poſſe) omnes, quamlibet in reliquis inter ſe diſſentientes, concluſos volunt, qui modò rectam de Christo mortuo & reſuſcitato fidem firmiter tenent, & pacem cum ijs à quibus diſsident, conſeruant. Sed humana iſta beneuolentia, & indiſcretum pacificationis ſtudium quàm fallat hos magiſtros, iam oſtēdamus.

Cùm olim diuus Auguſtinus pro viribus quas à Domino acceperat, Pelagij & Celeſtij, gratiæ Dei (quæ eſt per Ieſum Chriſtum) inimicorum peſtiferam doctrinam magna diligētia redarguiſſet, eò tandem confugerunt gratiæ Chriſti aduerſarij, Pelagius & Celeſtius, vt dicerent: quæſtiones, de quibus inter catholicos patres & ipſos diſceptabatur, præter fidem eſſe, & liberarum inquiſitionum rem & diſputationem agitari, non hæreſeōn. Poſt multa, inquit venerabilis ille doctor, quæ aduerſus illum errorem, gratiæ Dei (quæ eſt per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum) inimicum, ſcribendo diſputare potuimus, nunc illud oportet excutere, quòd volentes hæreſeos aſtutè inuidiā declinare, aſſerūt iſtam præter fidei periculū eſſe quæſtionē, vt videlicet, ſi in eà fuerint exorbitaſſe cōuicti, nō criminaliter, ſed

Confutatio propoſitæ doctrinæ.

Lib. 2. de pecc. orig cap. 22.

quasi ciuiliter errasse videantur. Sic enim Celestius de apud Carthaginē gestis ecclesiasticis est locutus. Iā, inquit, de traduce peccati dixi, quia intra catholicam constitutos, plures audiui destruere, necnon & alios astruere, licet quæstionis res sit ista, nō hæresis. Et in libello quem Romæ dedit, cùm fidem suam à trinitate vnius deitatis, vsque ad resurrectionem mortuorum, de quibus eum nullus interrogauerat, & vnde illi nulla quæstio mouebatur, quātum dicere libuit, explicasset, vbi ad id quod agebatur eius sermo peruenit: Si quæ verò, inquit, præter fidem quæstiones natæ sunt, de quibus esset inter plerosq; contentio, (vt de traduce peccati: de causa propter quam baptizari deberent infantes, &c.) non ego quasi author alicuius dogmatis definita authoritate aliquid statui, sed ea quæ de Prophetarum & Apostolorum fonte suscepi, vestri Apostolatus offerimus improbanda iudicio, vt si fortè (vt hominibus) quispiam ignorantiæ error obrepserit, vestra scientia corrigatur. Nempe perspicere licet, inquit Augustinus, id eum egisse prælocutione præmissa, vt si quid in illo apparuisset erroris, non in fide, sed in quæstionibus quæ sunt præter fidem videretur errasse: vbi etsi corrigendus est error, non tamen tanquam hæresis condemnandus: & qui correptus fuerit

Aug. de vnitate Ecclesiæ. In eodem li. Cap. 23.

rit, ita dicatur errare, vt non tamen hæreticus iudicetur. Sed multum eum (inquit doctiſsimus Auguſtinus) iſta fallit opinio. An non iſtis ſimiles ſunt, qui poſt diuturnam & laborioſam de plurimis, iiſque præcipuis religionis Chriſtianæ dogmatibus diſceptationem, inquiſitionem, & contentionem, tum catholicorum contra ſectarios, tum ſectariorum ipſorum inter ſe mutuò, cò nunc tandem omnem rem & diſputationem aſtutè deducunt, vt dicant, ea tantùm dogmata, ad fidei ſubſtantiam & neceſſitatem pertinere, quæ in breui ſymbolo, quod ex Prophetarum & Apoſtolorum fontibus deſumptum eſt, diſertè exprimuntur, atque eos qui à Trinitate vnius Deitatis, vſque ad reſurrectionem mortuorum fidem confitentes, in Chriſtum credunt, mortuum & reſuſcitatum, probè Catholicos eſſe, & à ſchiſmatis etiam nota liberos, ſi modò vinculum pacis cum reliquis fidelibus conſeruent, & nullam credentium in Chriſtum ſocietatem odioſis contumeliis inſectentur, aut ab eis ſe ſeparent: ſcilicet hac ratione (ſi ſuperis placet) inter catholicos deputandi, & inter Eccleſiæ membra cenſendi erunt Lutherani, quia in Chriſtum credunt, paſſum & reſuſcitatum: & Caluiniani, quia Chriſtum

mortuum & resuscitatum disertè confitentur: si modò vinculum pacis tum inter sese, tum cùm alijs fidelibus conseruent.

Henr. Archopæus in defens. catechismi Io. Mõhemij

Ex his magistris vnusquispiam de componẽdo dissidio Eucharistico agens, quo sectarios grauiter inter se collidi agnoscit & dolet: De eucharistiæ, inquit, sacramento hoc inconcussè teneamus, offerri & exhiberi in sacra cœna, verum corpus & sanguinem vescentibus. De modo autem præsentiæ Christi, vtrum in sacramento verè, realiter, substantialiter, ac corporaliter adsit: an verò tantùm spiritualiter, item vtrum realiter & corporaliter sumatur, an tantum per fidem spiritualiter, placidè & amicè conferamus, viasq; concordiæ sententiæ, seruato interim vinculo pacis, quæramus: pestiferam verò illam contentionen de modo præsentiæ corporis abijciamus: illæ quoque quæstiones de transsubstantiatione, siue conuersione panis in Corpus Christi, & vini in sanguinem. Item vtrum sicut boni, ita & mali sacramento communicent: Denique vtrùm in actione tantùm sacramentali adsit, substantialiter præsens Christus: an etiam post sacramentalem actionem perseueret præsens panis & vini symbolis; tanquam ad religionis necessitatem & substantiam non pertinentes, & minimè necess-

neceſſariæ, ſilentio obruatur. quam doctrinam à magiſtro ſuo Philippo hauſiſſe videtur. Is enim in vltimo vitæ ſuæ ſcripto, tanquam in teſtamento ſuo, ita ſcripſit ad comitem Palatinum Rheni, Electorem Fredericum: In controuerſia de ſacramento cœnæ, optimum, inquit, fuerit retinere verba Pauli: Panis quem frangimus, participatio ſiue communicatio corporis eſt: hoc eſt, inquit, qua fit conſociatio cum corpore Chriſti, ea autem fit in vſu, & quidem non ſine cogitatione, vt cum mures panem edunt. Adeſt enim filius Dei in miniſterio euangelij ſui, & ibi certò eſt efficax in credentibus, ac adeſt, non propter panem, ſed propter hominem. Et in his veris conſolationibus, facit nos ſibi membra, & teſtatur ſe corpora noſtra viuificaturum eſſe.

Philippi melãchtonis vltimũ ſcriptũ [illegible] quã [illegible] mentem de cœna.

Illæ verò quæſtiones, an ſit corpus in pane, an in ſpeciebus panis, an fiat aliqua conuerſio, aut tranſſubſtantiatio panis aut vini, reijciantur, quæ eruditæ vetuſtati ignotæ fuerunt. Hanc veram & ſimplicem doctrinam de vſu & fructu cœnæ, ſuffecerit, inquit, pijs retinere.

Berengarius de cœnæ inſtitutione.

An non hi magiſtri hæreſeos notam aſtutè declinare volentes, palam affirmant quæſtionem de præſentia reali & corporali corporis Chriſti in ſacramento, non fidei quæſtionem

 eſſe,

esse,& posse adhuc citra fidei periculum de ea in vtramuis partem cũ pace inquiri & disceptari.

Berẽgarij condemnatio.

Quam doctrinam si recipimus, atque in ea, tanquam in portu quodam tuto, dũ hæreses Ecclesiam perturbant, acquiescimus, Berengariũ illum, propter cuius de Eucharistia doctrinam, circiter annum millesimum et quinquagesimũ à Christo nato graues in Gallia motus & perturbationes extiterunt, immeritò Ecclesiæ communione abdicatum fuisse sentiamus necesse est.

Berengarius damnatur.

Quem primum à Pontifice Leone nono, in concilio Vercellensi: postea à Victore secũdo in cõcilio Turonẽsi: deinde à Nicolao secũdo, in cõcilio Romano, cẽtũ & triginta vnius Episcoporũ, & postremò à Gregorio septimo in altero Cõcilio Romæ celebrato, æterno anathemati addictũ fuisse constat, quãdiu in sua de eucharistia doctrina perseueraret. Quænã autem fuerit eius doctrina, ob quam à communione catholica abdicatus est, superuacaneum fuerit prolixius recitare. Et postea in celeberrimo illo & œcumenico Lateranensi concilio, sub Innocentio tertio quadringẽti Episcopi, cũ septuaginta Archiepiscopis, istas de sacri altaris sacramento quæstiones, nihil dubitauerũt definire ad fidei necessitatẽ et substãtiam pertinere. Vna tantùm, inquiunt, est fidelium Ecclesia, extra eandem nemo vllo pacto saluari

Cõcil Lateranẽsis sententia de propositis sententijs.

saluari potest, in qua ipse Iesus Christus, Sacerdos & oblatio est: cuius corpus & sanguis in sacramento altaris, sub panis & vini speciebus verè continentur, cùm panis in corpus, & vinũ in sanguinem per diuinam virtutem transsubstantientur. Quæ definitio in Concilijs œcumenicis posterioribus, Constantiensi, Basiliensi, Florentino, & postremò Tridentino, manifestè & incunctanter repetita est. Quare studium illud pacificandæ Ecclesiæ, & sarciendæ concordiæ, nõ modò inane, sed & perniciosum religioni existimandum est, quo quicquid extra fidem in Christum Ecclesiæ caput in quæstionem venit, extra fidei necessitatem & substantiam esse asseritur, & ad opiniones ac sententias reijcitur: in quibus cuiuis citra hæreseos periculum cum pace liberè dissentire ab alijs liceat.

Quod sicut modò in vna specie quæstionum, quæ sunt de sacratissimo altaris mysterio, luculenter ostensum est: ita & in quæstionibus alijs innumeris, ad pietatẽ & religionem pertinentibus, demonstrare non foret difficile, si temporis præsentis ratio sineret. Nam si hæreses, quas scriptores Ecclesiastici, & præsertim Philastrius, Epipha[illegible]ius, & Augustinus, iam inde ab exordio Eccle[illegible]iæ studiosè collegerunt, recensere libeat, plerasque sententias hæreseos notatas (Ostenditur falsitas propositæ sententiæ ex vanis definitionibus Ecclesiæ.)

(quæ

(quæ tamen ad Christum ecclesiæ caput minimè pertinēt) clarißimè cernere licebit. An Taciani, siue Eucratitæ, qui nuptias dānabāt, atq; eas, pares omnino fornicationibus, alijsq; corruptionibus faciebant, nec in suorū numerum recipiebāt coniugio vtentem, siue marem, siue fœminam, nec vescebantur carnibus, sed eas abominabantur, circa Christi capitis Ecclesiæ mysteria errabant? Quid Cataphriges, siue Montanistæ, qui secundas nuptias pro fornicationibus habēt? Quid Cathari, qui & ipsi secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant, Nouatum sectantes, vnde etiam Nouatiani appellantur? Quid Apostolici, qui se isto nomine arrogantißimè vocauerunt, eò quòd in suam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias posidentes? Quid Originiani, qui multa de purgatione & liberatione, ac rursus post longum tempus, ad priora mala reuolutione rationalis vniuersæ creaturæ, vanißima impietate fabulati sunt? Quid Aquarij, qui aquam offerūt in poculo Sacramenti, non illud quod omnis Ecclesia? Quid Donatistæ, qui cùm Ecclesia catholica vniuersæ placuisset, nec in ipsis hæreticis, baptisma commune rescindere, audebant rebaptizare Catholicos?

Quid Iouinianistæ, qui omnia peccata (sicut Stoici

Taciani siue Eucraticę.

Cataphriges.

Cathari.

Nouatiani.

Apostolici.

Originiani.

Aquarii.

Donatistæ.

Iouinianistæ.

Stoici Philoſophi) paria eſſe dicebant: nec poſſe peccare hominem, lauacro regenerationis ſemel accepto: nec aliquid prodeſſe ieiunia, vel à cibis aliquibus abſtinentiam? Qui virginitatem ſanctimonialium, & continentiam ſexus virilis in ſanctis eligentibus cœlibem vitam, coniugiorum caſtorum meritis adæquabant. Qui non propter aliquod apud Deum maius meritum, in regno vitæ perpetuæ comparandum, ſectandam continentiam: ſed propter præſentem neceſsitatem, ne homo coniugales patiatur moleſtias, docebant? Quid Heluidiani, qui Mariæ virginitati contradicunt? Heluidiani.
Quid denique Pelagiani, negantes paruulos, ſecundùm Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ ſua natiuitate contrahere: ipſum quoque Adam, etiamſi non peccaſſet, fuiſſe corpore moriturum: neq; mortuum eſſe merito culpæ, ſed conditione naturæ? Quid quæſo? An iſti omnes, quos orbis catholicus conſtanter & perpetuò hæreſeos condemnauit, impiam, & ſcripturis ſacris diſſentaneã de Chriſto Eccleſiæ capite doctrinam tradiderunt cum Cerdonianis, cum Marcianiſtis, cum Sabellianis, Paulianis ſiue Samoſatenis, cũ Photinianis, Manichæis, Arrianis, cum Macedonianis, Apollinariſtis, qui de Chriſti, vel diuina, vel humana Pelagiani

humana natura, impia deliria, proprio spiritu commenti sunt?

Iam si quis de Christo capite piam & scripturis sacris consentaneam doctrinam professus, de Christi corpore Ecclesia falsas & scripturis dissentaneas sententias, animosè & pertinaciter teneat & defendat, vt verbi gratia: Ecclesiam, cui promissus est spiritus sanctus, & Christi continua præsentia vsque ad consummationē seculorum, esse cœtum hominum, electorum tantùm & prædestinatorum: aduersus quem portæ inferi non præualebunt: aut Ecclesiam, quæ est columna & stabilimentum veritatis, non esse multitudinem hominum, hominibus conspicuam, & certam: denique Ecclesiam Catholicam nullum dogma recipere, ac fide tenere extra ea quæ in scriptis Propheticis & Apostolicis disertè expressa sunt: an sic de Ecclesia Christi sentiens, Catholicus habendus erit, & ab hæreseos nota & labe vindicandus, propter rectam fidem, quam de Christo capite habet?

August. quæst. 11. super Mathæ. *Longè alia tradita est doctrina ab eruditissimo Augustino, cùm plerisque alijs in locis, tum præsertim in quæstione vndecima super Mathæum: Qui falsa, inquit, de Deo credit, vel de quauis parte doctrinæ, quæ ad fidei pertinet ædificationem, ita vt non quærentis cunctatione tempera-*

temperatus ſit, ſed inconcuſsè credentis, nec omnino ſcientis, opinione atque errore diſcordans, hæreticus eſt: & foris eſt animo, quamuis corporaliter intus eſſe videatur. Ex quo paucis interpoſitis colligit, eos qui credunt, & inconcuſsè tenent, Deum ijs etiam qui in magna iniquitate vſque in finem vitæ perſeuerant, tantùm quia Eccleſiæ vnitatem non ſincera dilectione, ſed magis pœnarum timore, tenuerunt, veniam daturum, inter hæreticos numerandos eſſe. Quem errorem ad Chriſtum Eccleſiæ caput non pertinere, luce meridiana clarius eſt. Rurſus contra Donatiſtas, agens de errore eorum qui animosè contendebant rebaptizandos eos, qui ab hæreticis baptizati ad eccleſiam Catholicã veniebant: Qui, inquit, manifeſtata ſibi doctrina catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit, hunc hæreticum dico. Et de ciuitate Dei: Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauúmque ſapiunt ac ſentiunt, (non de capite tantùm Chriſto) ſed omnino in Eccleſia Chriſti morbidum quiduis ſapiunt ac ſentiunt, ſi correpti, vt rectum, ſanumq́; ſapiant, reſiſtunt contumaciter, hæretici ſunt.

Aug contra Don. libro 4

De ciuit. Dei li. 18.

Poſtremò in libro de hæreſibus: Audent etiã, inquit, Donatiſtæ rebaptiZare Catholicos, vbi ſe amplius hæreticos eſſe firmarunt, cum Eccleſia vni-

Aug. lib. de hæreſ.

sia vniuersa Catholica placuerit, nec in ipsis hareticis baptisma commune rescindere. Et

Lib.2.contra Cresconium.

libro secundo contra Cresconium: In eo, inquit, vos haretici estis, quod eos qui nobiscum habent vnum baptismum, tamen rebaptizatis.

Ex quibus perspicuè discimus, non eam tantùm doctrinam ad fidem pertinere, quæ circa Christum caput Ecclesiæ versatur: sed eam omnem, quæ ad fidei Catholicæ & religionis ædificationem & pietatem spectare non dubitatur.

Vincen. Lirinen. cõtra prophanas hæreseôn nouationes.

Vnde rectè & eruditè scripsit Vincentius Lirinensis in libro illo eruditissimo contra prophanas omnium hæreseôn nouitates: Vim rationémque nominis Catholici omnia vniuersaliter comprehendere, quæ quidem ad Christianæ religionis pietatem & ædificationem pertinere dignoscuntur.

Sed quid ad hanc rem confirmandam diutius verba profundimus, quando videmus sectarios ipsos humanam & plausibilem istorum magistrorum sententiam non probare, imo palam reijcere, & improbare, dum sibi mutuo hæreseos notam audacter & confidenter inurant & exprobrant, non propter sententias diuersas, quæ ad Christum caput Ecclesiæ, sed quæ ad

sacramen

Sacramentorum rationem & adminiſtrationem diuerſam pertinent. Teſtatur ipſe Ioannes Caluinus, cum graui aduerſus Weſtphalum Ioachimum ſtomacho & indignatione, in vltima ad eũ admonitione, permittere ſibi paſsim Weſtphalum illum (qui ſe Germanum Lutheranum, non degenerem Confeſsioniſtã profitetur) vt fideles Chriſti miniſtros, Caluiniſtas videlicet, ſi Dijs placet, & Sacramentarios, quia ab ipſo in ſententia de reali & corporali præſentia corporis Chriſti in ſacramento diſſentiunt: hæreticos, impios & blaſphemos vocitet: contráque illos tanquam hæreticos quàm acerrimè pugnandum eſſe contendat.

Caluinus in vltima admonitione ad VVeſtphalum.

Cùm igitur ipſi ſectarij ſeſe mutuò propter impios errores, qui ad Chriſti capitis myſteria non pertinent, à vera Chriſti Eccleſia ſeparare non dubitant, vanus & irritus eorum labor eſt, qui ſtudio quodam pacificandi diſsidentes Eccleſias nouam rationem excogitant, qua omnes in Eccleſia Chriſti eſſe deputentur, qui veram & ſinceram de Chriſto capite doctrinam firmiter retinentes, depoſitis mutuis odijs & inſectationibus pacem inter ſe conſeruant.

Cæterum quibuſnam rationibus ſuã ſententiã ſtatuere conantur hi duces & magiſtri, & portus trãquilli, ſi Dijs placet, cõmõſtratores, in quo Solutio obiectionis.

feruente

feruente æstu contentionum & quæstionum de religionis doctrina tutò conquiescere liceat, iam paucis audiamus.

Ratio 1. *Scriptum est, inquiunt: Prope est verbum in*
Rom. 10. *ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbum fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus e-*
1. Ioan. 4. & 5. *ris. Itē: In hoc cognoscetur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est: & omnis qui credit quòd*
1. Cor. 3. *Iesus est Christus, ex Deo natus est. Paulus quoque testatur, fundamentum Ecclesiæ esse Iesum Christum: Secundum gratiam Dei, inquit, quæ data est mihi, vt sapiens architectus, fundamētum posui, alius autem superædificat. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

Respõsio *Respondemus. Ex istis scripturarum testimonijs perperam intellectis, iam olim non hæretici modò, erroris sui patrociniū desumpserunt: verum etiam mali catholici, inanē salutis spem, per solam fidem in Christum sibi promiserunt.*

De verb. Apost. sermo. 33. *Videmus, inquit Augustinus, multas hæreses confiteri Christum in carnem venisse, & tamen eos non possumus dicere esse ex Deo.*

Atque

Atq; de Arrianis quidem, de Eunomianis, Sabellianis Photinianis, & Macedonijs, facile, inquit, fuerit conuincere, quòd non confiteantur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Nã hi omnes non hoc de Chriſti perſona ſentiunt, quod habet Catholica doctrina: Verùm de Donatiſtis & Pelagianis, inquit, difficilior eſt quæſtio, qui hoc confitentur, quod Catholici, vnigenitum filium, æqualem Patri, eiuſdem ſubſtantiæ, æterno coæternum, in carnem veniſſe: Sed dicendum eſt, inquit, eis: Verbis quidem confitemini, Chriſtum in carne veniſſe, ſed factis negatis. Aliquis enim negat factis: non omnis qui negat, verbo negat. Audi Apoſtolum: Ad Titũ prim. ca. *Omnia munda mundis, immundis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed polluta ſunt eorum mens & conſcientia. Confitentur ſe noſſe Deum, ſed factis negant. Dum enim ſuperbiunt, & ſchiſmata faciunt, factis negant Chriſtum in carnem veniſſe: vnitatem quippe amat Chriſtus, & propter eam commendandam in carnem venit, quam illi diuidunt.*

Pelagianiſta quoque videtur quidem confiteri, Chriſtum in carne veniſſe, ſed ipſe quoque diſcuſſus inuenitur negare. Chriſtus enim in carne venit, quæ ſimilitudo eſſet carnis peccati, non autem caro peccati. Apoſtoli

verba sunt: Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, non in similitudinem carnis, quasi caro eius non esset caro, sed in similitudinem carnis peccati, quia caro erat, sed peccati caro non erat. Iste autem Pelagius, carnem omnis infantis, carni Christi conatur æquare, & quod carni Christi proprium est, alijs commune facit. Et si ad hunc modum hæreses reliquas discutiamus, comperiemus, inquit doctissimus Augustinus, quòd omnes hæretici negant Christum in carne venisse, quia vel hoc de persona Iesu Christi, eiusque carne sentiunt, quod Catholica fides damnat: Vel si lingua aut verborum strepitu hoc confitentur, quod Catholicum est, factis tamen & opere negant. Sic sanè qui in quauis parte doctrinæ, quæ ad fidei vel pietatis ædificationem pertinet, suum proprium sensum, Catholicæ Ecclesiæ sensui & consensui anteponit, aut contra Ecclesiæ sensum & consensum suo iudicio innixus, negat ad fidei substantiam & necessitatem & ædificationem pertinere, quod ad eam pertinere communis Ecclesiæ sensus astruit: conuincitur factis negare Christum in carnem venisse, cùm vnitatem, propter quam commendandam Christus venit in carnem, per superbiam proprij sensus scindat & diuidat.

Porro

Porro quod dicit Apoſtolus: Si confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, hoc eſt, ſi profitearis voce perfectum incarnationis myſterium, agnoſcendo & diuinitatem & humanitatem in verbo incarnato: hoc eſt, ſi confitearis Ieſum, verum hominem & verum Deum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illũ ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris: non ita accipiendum eſt, quaſi ſufficiat ad ſalutem, voce & ore confiteri verbi incarnati arcanum, quod corde creditur, nec ſit opus factis quoque & opere id confiteri: ſed id docere intelligendus eſt Apoſtolus, quòd ad ſalutem non ſufficiat, corde credere myſterium incarnati verbi, mortis eius, reſurrectionis & glorificationis: ſed neceſſarium ſit fidem rectam corde conceptam, intrepida charitate coràm aliis teſtari.

Poſtremò non qualemlibet fidem commendaſſe exiſtimandus eſt Apoſtolus, quandô dixit: Si in corde tuo credideris, quòd Deus Ieſum ſuſcitauit à mortuis, ſed eam quæ per dilectionem operatur. Quod multis locis eruditè & prolixè oſtendit Auguſtinus: Hoc, inquit, eſt credere, quòd Ieſus eſt Chriſtus, quodq́ue Pater ſuſcitauit eum à mortuis: credere quomodo Chriſtiani credunt, qui non ſolùm Aug. in canon. Ioan. Epiſto.

nomine Christiani sunt, sed factis & vita non quomodo credunt Dæmones, nam & dæmones credunt, & contremiscunt. Fides enim Christiani cum dilectione est, dæmonis autem sine dilectione. Quin profectò, si ad speciem tantùm Paulinæ sententiæ attendis, Schismaticus Donatista, cùm nullam de Christo falsam & impiam habeat sententiam, & veram in Christum fidem ore quoque profiteatur, ad Ecclesiam, tanquam eius membrum pertinere conuincetur: imò & salutis spem non correcto schismate habere. De pacis enim vinculo cum reliquo corpore conseruando nihil disertè exprimit Apostoli sententia.

Aduerte Lector.

Secunda obiectio. Aug. de vnitate eccl. ca. 4.

Iterum obijcitur Augustini doctrina in libro de vnitate Ecclesiæ, capite quarto: Totus Christus caput & corpus est, quicunque de ipso capite ab scripturis sacris dissentiunt, non sunt in Ecclesia. Et rursus: Quicunque de ipso capite scripturis sacris consentiunt, sed vnitati Ecclesiæ non communicant, non sunt in Ecclesia: quia de Christi corpore, quod est Ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiunt. Ex qua doctrina consequi ipsis videtur, quòd hi demum sunt extra Ecclesiam, qui de Christo capite à scripturis sanctis dissentiunt, vel Ecclesiæ vnitati non communicant.

Respon-

Reſpõdemus veriſsimã eſſe venerabilis patris Auguſtini doctrinam, tam eos qui de Chriſto capite à ſcripturis ſacris diſſentiunt, quàm eos qui Eccleſiæ vnitati non communicant, non eſſe in Eccleſia, neque eſſe Eccleſiæ membra: ſed non continuò ex eo conſequens eſſe, vniuerſos qui de Chriſto capite ſcripturis conſentiunt, & cũ reliquis pacis vinculũ ſeruant, etiamſi in alijs quibuſlibet ſententijs, ad Chriſtum caput non pertinentibus, ab alijs diſſentiant, eſſe in Eccleſia. Fieri enim poteſt, vt propter opiniones, ſententijs, quæ ad fidei ædificationem pertinere in Eccleſia catholica dijudicantur, contrarias, & pertinaciter ac animosè defenſas contra ſenſum & conſenſum Eccleſiæ, ab Eccleſia ſint ſeparati. Quin ſi rectè & exactè res æſtimetur, non ſunt iudicandi vnitati Eccleſiæ communicare, & vinculum pacis cum ea ſeruare, qui ſententijs vel ab Eccleſia definitis, & concordi Eccleſiæ conſenſu receptis ſuperbè & animosè proprias opiniones anteponunt. Reſpõſio

Tertiò valde vrgent ſententiam Auguſtini, in Epiſtola quadrageſima octaua ad Vincentium Donatiſtam, in qua laudat beati Cypriani & collegarum eius moderationem, qua Epiſcopos quoſdam (qui mœchis pacem dandam eſſe negabant, & pœnitentiæ locum in totum contra Tertia obiectio. Aug. epi. 48. ad Vincen. Donatiſtam.

adulteria claudebant) intra vnitatis tamen retia tolerauerunt, propterea quòd à coepiscoporum suorum Collegio, qui pœnitentibus adulteris rectè pacem dabant, non recesserunt, sed vinculum pacis cum illis retinuerunt: nec Ecclesia catholicæ vnitatem, vel duritiæ, vel censuræ suæ pertinaci obstinatione ruperunt: cùm tamen tam impia, tam immanis & crudelis (vt inquit diuus Augustinus) sententia verissimæ sententiæ contradiceret, pœnitentibus adulteris pacem dandam esse. Ex quo consequi videtur, quòd qui se ab Ecclesia communione non separat, pacis & concordiæ vinculum cum ea retinens, non sit censendus ab Ecclesia separatus, etiamsi fortè in impio aliquo errore, & etiam sacris scripturis manifestissimè contrario versetur. Vnde & illud diligenter considerandum aiunt, quod legitur apud Aug. de vnico baptismo, cõtra Pe. til. ca. 14. *eundem beatum Augustinum, de vnico baptismo contra Epistolam Petiliani: Cùm Stephanus Romanus Pontifex non solùm non rebaptizaret hæreticos, verùm etiam hoc facientes, vel vt fieret decernentes, excommunicandos censuisset, Cyprianum tamen contrarium & facientem & decernentem, propter vnitatis pacem, in Ecclesia permansisse.*

Respõsio *Respondemus, nos sanctissimi & doctissimi*

patris Auguſtini doctrinam, æquitate & moderatione Christiana temperatam amplecti & venerari, qua docet, ne propter ſententiaas quidẽ, quæ ſunt fidei & ſcripturis ſacris contraria, ilico ab Eccleſia ſeparandum aut præcidendũ quemlibet errantem, niſi manifeſtata ipſi prius doctrina catholicæ fidei, reſiſtere adhuc animoſa pertinacia maluerit, & illud potius tenere quod ſemel elegerit, quã veritati manifeſtatæ acquieſcere: At verò eum, qui vel notiſsimis & apertiſsimis ſcripturarum teſtimonijs contradicit, nec in aliqua diuinarum ſcripturarum obſcuritate fallitur, aut qui quod in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum atque firmatum eſt, recipere recuſat, incunctanter & confidenter hæreticum pronuntiat, & ab eccleſia ſeparatum, libro ſecundo contra Parmenianum: De ijs, inquit, qui ab eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin iam habeant, & dare poſsint. hoc enim in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratũ, perfectũ atque firmatum eſt. In eo ergo vos Donatiſtæ, inquit, hæretici eſtis, quod eos qui nobiſcum habent vnum baptiſma, rebaptizatis. Et in libro de hæreſibus: Audent, inquit, Donatiſtæ rebaptizare Catholicos, vbi ſe amplius hæreticos eſſe firmârunt, cùm Eccleſiæ vniuerſæ Lib. 2. cõtra Parm. cap. 13. Aug. lib. de hære.

 catholicæ

Catholicæ placuerit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescindere: Et de baptismo contra Donatistas, libro primo: capite 18. *Restat vt hoc de baptismo extra Ecclesiam accepto, piè credamus, quòd iam vniuersa ecclesia à sacrilegio schismatis remota, custodit. In qua tamen si aliud alij, & aliud alij salua pace sentirent, donec vniuersali Concilio vnum aliquid eliquatum, sincerúmque placuisset, humanæ infirmitatis errorem cooperiret charitas vnitatis, nec nos ipsi tale aliquid auderemus asserere, nisi vniuersæ Ecclesiæ concordissima authoritate firmati.*

Vides duo docere Augustinum. In quæstionibus obscuris, errorem etiam qui Catholicæ fidei aduersatur, humanæ infirmitati, salua quidem pace, adscribendum, donec vniuersæ ecclesiæ concordi authoritate veritas est patefacta: Postea verò quàm in legittimo ecclesiæ Concilio veritas satis est manifestata, ab ecclesiæ communione separatum, & hæreticum censendum esse, quisquis veritati ad fidei ædificationem pertinenti iam manifestatæ, suo proprio sensu resistit & contradicit.

Id quoque diligenter considerandum est, quòd Nouati illa doctrina, pœnitentibus lapsis non esse pacem dandam, authore Eusebio Cæsa-

rienſi

rienſi libro 6. hiſtoria Eccleſiaſtica damnata Lib. 6. cap. 34.
ſit ſub Cornelio Pontifice, beati Cypriani cōtemporaneo, in concilio Romæ coacto, centum & quinquaginta Epiſcoporum, & totidem presbyterorum, & multò plurium diaconorum. Ex quo intelligere licet, anteceſſores illos Cypriani, duros & crudeles, (vt ait Auguſtinus) epiſcopos, nondum habuiſſe maniſeſtè definitam Eccleſiæ ſententiam de pace danda lapſis, & præſertim adulteris pœnitentibus: ſed ea de re quæſtiones per homines arrogantes, Montanum, & poſtea Nouatum, in Eccleſia motas & agitatas fuiſſe. Quas poſtquàm Fabianus & Cornelius definitione manifeſta ſuſtulerunt, tanquā hæretici ab eccleſiæ communione amputati ſunt, qui in ſua obſtinatione perſtiterunt. Hæretica eſt, inquit Cyprianus in illa epiſtola, in qua ſuorū anteceſſorū durā illā cēſurā cōmemorat, inſtitutio & inefficax, & vana traditio, hortari ad ſatisfactionis pœnitentiam, & ſubtrahere de ſatisfactione medicinam. Idem olim vſuueniſſe, in quæſtione illa, (an qui in Eccleſia baptizantur Chriſti lauacro, nec ab ea vllo ſchiſmate vel hæreſi præciduntur, ſi in grauibus ſceleribus vſque ad vltimū diem perſeuerent, propter fidem conſtanter retentam ſalui ſint futuri, ſed per ignem) videre licet apud eundem Augu-

ſtinum

ſtinum in Enchiridio de fide & operibus, quæſtione vndecima ſuper Matthæum: denique in libro 21. de ciuitate Dei, ac pleriſque alijs locis.

Animaduertendū eſt & illud vigilāter, beatum patrem Auguſtinum, anteceſſores illos Cypriani, qui pacem dandam mœchis non putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt, impietatis, & immanis atq; obſtinati erroris palam reos facere, eò quòd veritati manifeſtæ, quam Eccleſia tenebat, dura crudelitate contradicebant: propter quàm, cùm ad littus perducta ſagena eſſet, à iuſtis eſſent ſeparandi. Cōſidera diligenter quod dicit obſtinati erroris, qui error hæreſim denotare ſolet. Vnde quod dicit, Cyprianum obſtinati erroris Epiſcopos intra retia Eccleſiæ toleraſſe, quo ſenſu approbet, intelligi poteſt: nempè quo alicubi hæreticos in magna domo, nempe Eccleſia, eſſe interpretatur.

Porrò quod adducitur de Stephano, non ſolū nō rebaptizante eos qui ab hæreticis baptizati erāt, ſed etiā excōmunicāte eos qui vel id facerent, vel vt ab alijs fieret decernerent, Cyprianū tamen contrarium & facientem & decernentem in vnitate pacis permanſiſſe, ipſe Auguſtinus ſatis diligenter tractauit & diſcuſſit. Lib. 1. cōtra Don. cap. 18.

Fuit

Fuit, inquiens, de baptismo dubitatio, & qui diuersa ab eo senserunt, in vnitate manserūt: Sed ea dubitatio, procedente tempore, sublata est, & quæstionis veritas eliquata & declarata per plenarium totius orbis concilium: post Cypriani quidem passionem, sed antequam nos nati essemus. In ea igitur quæstione cùm aliud alij, aliud alij salua pace sentirent, donec vniuersali concilio vnum aliquid eliquatum, syncerumq́ placuisset, humanæ infirmitatis errorem cooperiebat charitas vnitatis, sicut scriptum est: Charitas cooperit multitudinem peccatorum.

Hoc igitur est quod docet Augustinus: Si quis in quæstione aliqua obscura, pacis vinculo saluo, ab alijs dissentiens erret, inter hæreticos haudquaquam censendus, donec post multam disputationem, inquisitionem, & collationem, ad plenarij concilij manifestam decisionem quæstio foret perducta. Lib. 1. cōtra Donatist. ca. 18.

Quòd autem Papa Stephanus, ante plenarij Cōcilij luculētā definitionē, rebaptizātes, aut id fieri decernentes, excommunicandos censuit, ad eos potissimum videtur referendū, apud quos inuiolata semper custodita fuerat cōsuetudo Ecclesiæ, de non rebaptizandis ijs qui ab hæreticis semel baptizati ad Ecclesiam ab hæresi veniebant, vt apud Romanos. Per Africam autem

consuetudo ea per Agripinum Cypriani antecessorem labefactata erat, & in disputationem adducta, & tandem cõtra nouitatem per Agripinum introductam, authoritate plenarij Concilij defensa & stabilita.

Quid de hac Stephani sanctione senserit doctissimus ille Dionysius Alexandrinus, praesertim quatenus ad Oriẽtis Episcopos dirigebatur, videre licet ex epistola Dionysij ad Stephanum Romanum Episcopum: & eiusdem epistola ad Xistum Pontificem Stephani successorem: quarum epistolarum mentionem facit Eusebius historia ecclesiastica libro. 6. capitibus primis.

Postremò obijcitur & illud, quod Gregorius Theologus in suis in Iulianum inuectiuis, Constantium Imperatorem, quamuis Arrianismo fauentem, adeò non censuerit ab Ecclesia praecisum fuisse, tanquam haereticum, vt potius pietatis nomine mirificè eum laudet, ac post mortẽ in coelesti quoque regno eum collocet, eo quòd in eum errorem, non malitia & prauitate, sed simplicitate quadam, ac leuitate, & astutis purpuratorum suorum consilijs impulsus fuerit.

Respondemus: Cùm Constantij error manifestè pertineat ad impiam de Christo doctrinã, perspicuum est, quod à Christi corpore eum omnino amputauerit peruersa doctrina, nisi pur-

purpuratorum ſuorum callidis conſilijs, qui ſpecie quadam pietatis, & prætextu pacis inter diſsidentes Eccleſias componendæ, de Nicæni Concilij ſententia, iterum (vt ait Zozomenus) quæſtiones mouebant, non autem malitia, aut animi prauitate, in errorem pateſactæ veritati contrarium pertractus credatur: Verùm de Conſtantij Auguſti errore non ſatis ſcriptores eccleſiaſtici inter ſe conſentire videntur. Lib. 4. hiſtoriæ tripart. A

Nicephorus quidẽ libro eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ. 9. & 10. ſecutus, vt ipſi videtur, magni theologi Gregorij ſententiam, ſcribit Conſtantium non parum, quòd aliquid de paterna fidei profeſsione mutauerit, pœnituiſſe, & quamuis facilitate ingenij, & illecebris Epiſcoporum, in quorum poteſtate fuit, ſeductus ſit, vt homouſion verbum, ex fidei ſymbolo, ſub vnionis coniunctioniſq́ omnium prætextu tolleret, ſincerã tamen dictionis eius ſententiam eſſe profeſſum: ſemper enim eum credidiſſe Deum, verbum, germanum patris filium, ante ſecula, ex patre genitum, & manifeſtũ ſemper eorum qui creaturam illum auſi fuiſſent vocare, hoſtem extitiſſe. Quòd igitur dolorem aliquem Catholicis attulit, non per contemptum eorum, vel cum contumelia, vel vt Arrianis gratificaretur, factum

ctum id esse: sed vt omnes vnum essent, & idẽ sentirent, nec ita sectis atque dissidijs dissecti atque disiuncti essent. Itaque Constantium visum esse propter quadã contra catholicos purpuratorum instigatione durius facta Arrianizare magis quàm Arrianismo consensisse.

Verum Nicephoro aduersantur probatissimi pleriq; oẽs ecclesiasticæ historiæ scriptores, qui eũ grauis incõstantiæ & leuitatis accusant, quòd Nicænæ synodi, sub patre Constantino Magno tanta solicitudine nuper celebratæ, decretus cõtradicere, eaq; immutare purpuratorum suorũ consilijs fuerit ausus.

De Gregorio autem Theologo, qui cùm reliquis orationibus illum vtcunque saltẽ perstrinxerit, in Inuectiuis suis magnificis eum exornauit laudibus: respõdent ardore quodã aduersus impiũ illũ religionis desertorẽ Iulianũ, incitatũ id fecisse, eoq; ardore ita immutatum Theologum illum, vt amicus, beneuolusq; Constãtio Imperatori, Iuliani perfidiam execranti, prorsus factus sit, et nõ malitia, sed pietatis quodã prætextu suorũ purpuratorũ cõsilijs deceptũ res catholicorũ aliquãtũ perturbasse crediderit: eũq; sancti Theologi morẽ fuisse, vt grauissimas etiã noxas ijs penitus condonaret, qui eas ignorãtia & lapsu aliquo temerario, nõ malitia commisissent.

Sane

Sanè quid de Cōſtātio Auguſto ſenſerit ſtrenuus ille Arrianiſmi oppugnator, quiq; Arrianizantes & Arrianiſmū propugnātes nō potuit non habere cognitos, Diuus Hilarius, ſatis conſtat ex ſcriptis eius cōtra Conſtantiū, in quibus & Arrianiſmū eius & tyrannidē contra defenſores Nicanæ fidei palam & liberè inſectatur.

Hactenus ſatis demonſtratū exiſtimo ab ijs ſcriptoribus & magiſtris, qui docēt eos demum reperiſſe portū ſalutis fidū, in quo, feruente contentionum æſtu, ſecurè conquieſcant: qui retinētes fundamentum religionis breuiſſimo illo fidei ſymbolo comprehenſum, capiti Chriſto per rectam & firmam de ipſo fidem coniunguntur, & per pacis vinculum reliquo Eccleſiæ corpori connectuntur, etiamſi in ijs quæ ad fundamētū hoc religionis non pertinent, ab alijs diſcrepent, adeò non eſſe ſalutis ſecurum portum oſtenſum pietatis ſtudioſis, vt potius eos incautos in ſcopulos impegerint, aut in vndoſam voraginem præcipitârint. Sed de refutatione obiectionum ſatis dictum eſt.

Id igitur vnū nunc ſupereſt, vt nos ipſi firmā & ſecuram arcem oſtendamus, ad quam in quauis eccleſiæ tempeſtate, tanquam ad aſylum, pietatis ſtudioſus tutò confugiat. Scripſit ante annos circiter mille ducentos, tempore

vide-

Vincẽtij Lyrinẽsis saluberrima doctrina.

videlicet Theodosii Imperatoris, Vincentius Lyrinensis librum aduersus prophanas omnium hæreseôn nouationes, in quo eruditè admodum & grauiter certam rationem demonstrat, qua sine magna difficultate noxios quosque exurgentium hæreticorum errores deprehendere, & tanquam in secura quadam statione constitutus vitare posit salutis suæ studiosus: Sæpe, inquit, magno studio, & summa attentione perquirens, à quàmplurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quonam modo possem, certa quadam via, catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli, quòd siue ego, siue quispiam alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueósque vitare, & in fide sana, sanus intégerque permanere, duplici modo in primis munire fidem suam, Domino adiuuante deberet. Primò scilicet diuinæ legis authoritate, tum deinde Ecclesiæ catholicæ traditione.

Quamuis enim perfectus scripturarum canon ad vniuersa sibi solus satis superq́; sufficiens sit: quia tamen scripturam sacram pro sui altitudine, non vno eodemque sensu, vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, vt pene quot homi-

homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Ideo multùm necesse est, vt propheticæ & Apostolicæ interpretationis linea secundùm ecclesiastici & catholici sensus intelligentiam & traditionem, ceu normā ac regulā, dirigatur. In ipsa item catholica Ecclesia, hoc est, in ipsius catholicæ Ecclesiæ sensu, intelligentia & traditione curandum est, vt id teneamus, quod vbiq;, quod semper, quod ab omnibus creditum est (hoc est etenim verè propriéque catholicum, quod ipsa vis nominis, ratioq; declarat. quæ omnia vniuersaliter comprehendit) quod ita demū fit, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, cōsensionem: sequemur autem vniuersitatem hoc modo, si hanc vnam esse veram fidem fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem verò, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores, et patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoque itidem, si in ipsa antiquitate siue vetustate omnium vel penè omnium, sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiásque sectemur. Sed quid faciet Christianus catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei communione præciderit? Quid sanè? nisi vt pestifero corruptóque membro sanitatem vniuersi reliqui corporis antepo-

Id tenendū quod semper, quod vbique, quod ab omnibus creditum est.

Sequēdá vniuersalis antiquitas.

Cōsensio.

nat? Quid si nouella aliqua contagio non iã portiunculam tantùm, sed totam pariter ecclesiam commaculare conetur? tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam non potest ab vlla prauitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur? tunc omnino curabit, vt paucorum temeritati vel inscitiæ præponat quæ sunt vniuersaliter, antiquitus, vniuersalis Concilij decreta. Quòd si tale aliquid emergat, vbi nihil eiusmodi reperiatur? tunc operam dabit, vt collatas inter se maiorum consulat, interrogétque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis, in vnius tamen Ecclesiæ catholicæ communione permanentes, magistri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantùm, sed omnes pariter vno eodem consensu, apertè, frequenter, & perseueranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Quem beatorum patrum & magistrorum sanctum, catholicumq́; consensum ne quis sibi temerè contemnendum fortè arbitraretur, ait in priore ad Corinthios epistola Apostolus: Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm

Quid faciendum catholico quando decretis conciliorũ destituitur.

1.Cor.12.

primùm Apoſtolos,quorum ipſe vnus erat:ſecũdò Prophetas,qualem in Actibus Apoſtolorũ legimus Agabum: tertiò doctores,qui tractatores nunc appellantur:quos idem Apoſtolus interdum Prophetas nuncupat, eò quòd per eos Prophetarum myſteria populus aperiãtur. Quos in Eccleſia Dei diuinitus per tempora & loca diſpenſatos quiſquis in ſenſu catholici dogmatis vnum aliquid in ſenſu ſentientes cõtempſerit, non hominem contemnit,ſed Deum. His, adiuuante Domino,fideliter, ſobriè & ſolicitè obſeruatis, non fuerit admodum difficile,noxios quoſque exurgentium hæreticorum deprehendere & deuitare errores.

Quæ cùm ita ſint,is demum(inquit Lyrinẽſis)eſt verus & germanus catholicus, qui veritatem Dei,qui Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit,qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit,non hominis cuiuſquam authoritatẽ,nõ amorẽ,non ingeniũ,non eloquentiã,non philoſophiã:ſed hæc cuncta deſpiciens,& in fide fixus & ſtabilis permanens,quicquid vniuerſaliter,& antiquitus Eccleſiã catholicã agnouiſſe cognouerit,id ſolũ ſibi tenendum, credendumq́; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno,aut vna aliqua etiã particula Eccleſiæ præter omnes,vel contra omnes nouũ et inauditum

Verus & germanus catholicus quis.

ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potius intelligat pertinere. In ijs enim duobus penitus inhærere debere, quicunq; hæretici eſſe nolint. Primum ſi quid eſſet antiquitus, ab omnibus Eccleſiæ catholicæ ſacerdotibus, vniuerſalis concilij authoritate decretum: Deinde ſi qua noua exurgeret quæſtio, vbi id minimè reperiretur, recurrendum ad ſanctorũ patrum ſententias, eorũ dũtaxat, qui ſuis quiq; tẽporibus & locis, in vnitate cõmunionis & fidei permanẽtes, magiſtri probabiles extitiſſent: & quicquid vno ſenſu atque conſenſu tenuiſſe inuenirentur, id verum & catholicum abſque vllo ſcrupulo iudicaretur.

Hunc beatorum patrum & magiſtrorum ſanctum, catholicúmque conſenſum ſacer ille ſpiritus Chriſti Eccleſiam in conſummationem vſque ſæculorum gubernans, & in omnem veritatem inducens, in ſcripturis tam propheticis Math.vlt. *quàm Apoſtolicis crebro nobis commendauit. Hieremiæ ſexto. Hæc dicit Dominus: State ſuper vos, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona: & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris. Et Iob capite octauo. Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrũ memoriam. Heſterni quippe ſumus, & igno-*

Hiere. 6.

Iob. 8.

& ignoramus, quoniam ſicut vmbra, dies noſtri ſunt ſuper terram. Et ipſi docebunt te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent tibi eloquia Dei. Et Eccleſiaſtici ſexto: In multitudine Presbyterorum prudentium ſta, & ſapientia illorũ ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſsis audire, & prouerbia laudis non effugiant te. Et iterum: Ne deſpicias narrationem Presbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare. ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctrinam intellectus. Non te prætereat narratio eorum. Ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum. Poſtremò Paulus ad ſuum Timotheum ſcribens: Seductores, inquit, proficient in peius errantes, & in errorẽ mittentes: At tu hos deuita, & permane in ijs quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiciſti. Eccle.6. 2.Tim.3.

HAEC cùm ita ſint, perſpicuum omnibus opinor, quàm periculoſa, imo & pernicioſa ſit eorum ſcriptorum ſententia, qui magna cum fiducia, & experientia (vt aiunt) duce & magiſtra profitentur, eos ſecurum ſalutis portum tenere, ac cenſendos germanos Catholicos, qui capitales illos religionis articulos, breui Apoſtolorum ſymbolo contentos, quiq́ ad Chriſtum Eccleſiæ caput potiſsimum ſpectant, indubitata fi-

de credunt. Et de alia quauis parte religionis, tanquam ad fidei & religionis substantiam & necessitatem non pertinere, sed tantùm ad fidei integritatem, & sibi & alijs liberam permittunt sententiam & opinionem, si modò pacis vinculum cum reliquo ecclesiæ corpore conseruare studeant.

FINIS.



